Oportet eū qui vult exponere aliquē hoz sermoniz vt oñdat illud in pmis actu: deinde intēdat ad affirmādū idem in libro suo. Res enim in descriptiōe eius q bō videt facil est. vt aūt sciat viam ex cuius disciplina possit inuēire sm plimū: qū antecedit z indicat de eo qō futuz est: aut enūciat de eo qō pteriit: preter q testificat? fit illud: aut qū narrat de reb⁹ pūtibus: pter q audiat illud ex eis: aut videat illud prauū z difficile: z est rarū. Et nō quidē neče est vt scim⁹: nisi viridici in eo q dicim⁹: qz iam oñdim⁹ certitudinē illius in ore ipo medicine. Et qñ nō cogit me aliqs loqui in re vna z eadē duab⁹ vicib⁹: quaz vna fit in expositiōe ꝓlogi huj libri: z altera in expositiōe sm̄onū particularū qui sunt in eo. Videt mihi q melio⁹ est vt postponā sm̄onē in hu iusmōi reb⁹: z ponā remēoratōez meā de eis in expōe sermonū medicinaliū: q̄ sunt in hoc libro: quos volo exponere: z ꝓpe qū aliqs eoz q exposuerūt hūc libū nō fecerit illud: z nečitas sciētie eius sit valde vehemēs. qō est: qz hippo. sm̄ sentētias eoz dimisit remēoratiōez eoz in quo precepit medicuz exerceri: qñ ipse nō narrauit qūo ozvt cognoscat illud qō iaz pteriit: aut qō pūs est: verūtñ occultū est sensui. Accidit iter expositores hui⁹ libri in intētōe hac: quā noīauit hippo. celestē: z pcepit vt sit medic⁹ cū ꝓnosticatiōe de ea sapiēs diuersitas multa. qō est: qz qbusdā eoz videt q egritudines accidāt boīb⁹ ex ira dei: q est bñdict⁹ z sublimis: z faciūt testificari sup illud hoies multos: ex eis q scripserūt enūciatiōez pcedētē: preter q oñdant q hippo. visa fuerit sm̄a hec q edidit hūc libū. z non oñdūt illud nisi prudētes expositoes. qō est: qz inuētio in expositiōib⁹ nō est enūciatio absoluta de eo qō videt rectū: sz de sm̄a eius q edidit libū: qđ⁹ sit sm̄a falsa. z nos nō inuēim⁹ hippo. dicē in libro aliquo suoz q deus bñdict⁹ z sublimis causat aliqs egritudinē. z ipe quidē enūciauit itez in libro suo de regimīe acutaz egritudinū cām ꝓpē quā noīauerūt antiqui noti hoc noīe: z cōuenerūt oēs homines sup hoc: q iste liber. s. de acutaz egritudinū regimīe est ex libris hippo. In libro aūt suo sup quez signatuz est: in egritudine diuina: dixit plus illo sermōe in redargutiōe illi⁹ q putabat q deus bñdict⁹ z sublimis sit cā alicui⁹ egritudinū. Nō g oportz vt dicat in egritudie epilepsie: q ipa est egritudo celestis: neq; in amore. Quidā hoies estimauerūt q egritudo celestis est amor: z testificātur sup illud ex enūciatiōe certa signifi catōis Erisistratis sup egritudinē filij regis: q causa eius fuit amor. Sed ipi nō oñderūt q Erisistrates noīet amorem egritudinē celestez: neq; hippo. neq; aliqs reliquoz medicoz antiquoz. cuius aūt corp⁹ macrescit ꝓpē amorem: aut cuius color fit citrin⁹: aut acciderit ei inq̄etudo aut febris euēit ei: inuēim⁹ oēs antiquos ponere causaz in illo q̄sdā cās pmittuas. s. apparētes. z vna eaz ē angustia. z ex hoīb⁹ est cui accidit angustia ꝓpē mortē alicui⁹ siri filij: aut ꝓpinquoz eius: aut amici: aut dilecti. z ex eis est cui accidit id ꝓpē nocumētū cuius timet euētus: aut sup se: aut sup ciuitatē suā. z accidit angustia dño censuū qñ suis priuat cēsibus: z hūtibus ꝓncipatū z nobilitates qñ priuāt illis: z oīs q diligit aliquā rem z ꝓuat ea: naz z in istoz numero ingredit etiā cui accidit angustia propter amorē: pter q sit ei⁹ egritudo celestis aut terrena: ni si suscipiam⁹ sm̄onē antiquoz ꝓuerbioz: ipi eiz estimāt q amor accidit qbusdā hoībus ꝓpē sathan. z ꝓptea etiā q cā in dieb⁹ crisi est celestis. ipsi g nō annūciāt nisi ꝓpē sm̄am suā: z nō p sm̄az hippo. qō est: qz nos nō dicimus in eo cui⁹ nō est scia eē nobis: aut egredimur a terminō ratiōis: qō est celeste: imo nō dicim⁹ in istis reb⁹ si cōtingit q dicam⁹ aliqd: nisi qz sunt mirabiles z extranee trī: z nos inuēimus etiā hippo. sciētē cām crisi: sicut oñdi in tractatu ētio libri diez crisi. Et ego qdē sicut dixi in eis q pmissa sūt sum dimittēs remēoratōez sermonū maloz: z enūciās sm̄ones sufficiētes tñ: z qō ego qdem nō dimisi inq̄sitionē de eo q cōtradixit abbreuiat in libro ꝓnosticatiōis: z nō peccauit in eo nisi p hāc cām. Dilr mihi videt q faciā in hoc sm̄one: z in reliqs q̄ sequūtur ipm̄: z rogo et illū qui legit ī hoc meo libro vt faciat sile illi⁹: z qū mea volūtas iam certificata sit sup hoc: tūc nō oportet vt vitu perer sup dimissionē multoz ex eis: in quoz remēoratiōe peccauerūt expositoreſ. qō est: qñ poterit q̄ legerit id qō ego scripsi cuz studio exq̄site expiri sm̄ones illos solū sensu. z pp hāc cām ego sum dimittēs remēoratiōez alicui⁹ ex hoc in expositiōe huius: qō noīauit hippo. celeste: inq̄rens de modis quos signat vel significat h̄ nomē sm̄ sentētiaz hippo. Manifestū est eiz apud oēs hoies q oportet q sit vna rex q̄ sūt in arte medicine: z q hippo. nō laudauit sciam eius tm̄: imo narrauit qđ est id qō est: qz laudare sciam alicui⁹ rex pter qō narreť quid est: nō est nisi alienare. Oportz g vt sit ꝓnosticatio per h̄ nomē qō nominauit hippo. celeste: vna ex reb⁹ quas oñdit hippo. in oībus libris. Dilr dico audacter z nō temere: q non est possibile vt sit hec res quā noīauit celestē: nisi dispositio aeris otinētis nos. Et hippo. quidez scripsit de ea in libro aphorismoz hunc sermonē: Qū fuerit hyems ꝓuata pluuia septētrional: z fuerit ver pluuiosuz z austrinū: oportz neč⁹ vt euēiāt ī estate acute febres: z ophtalmie: z fluxus sanguis: z ꝓpe mulierib⁹ z hūtib⁹ naturas būidas. Iste nāq; sermo z quē post eū scripsit: nō est nisi ꝓnosticatio de reb⁹ q̄ accidūt corpib⁹ ꝓpē dispositōez aeris. Qō aūt dixit in illo libro aphorismoz nō ē nisi sūma breuis. In libro aūt suo in egritudinib⁹ subiti loqtur in eis sermonē amplū. In libro aūt ꝓnosticoz dimisit id oīno: sz q scia est de eo intrās in hūc scie moduz. Melio⁹ est g expositoribus vt inq̄rāt de cā ꝓpē quā dimisit hippo. narrare qđ est h̄ q ipse noīauit celeste: z dimittāt falsitatē in expositiōib⁹ suis. Mihi aūt videt q hippo. dimisit narrare in h̄ libro ꝓnosticatiōuz in egritudinib⁹ subiti: vt non plōgat liber ei⁹. z ex eis que significāt illud est: qz qū finiuit hūc libū: dixit in fine ei⁹ sermonē hūc: Et oportz vt cogites velociter in euētu egritudinuz subitaz: z nō fugiat te dispositio hore pūtis. ergo signat vel significat in sermōe suo illud: qz oz medico vt sit sciēs ꝓnosticatōez in egritudinib⁹ subiti plus q̄z sit ei⁹ scia in reliqs spēb⁹ ꝓnosticatiōis. z pōit sermonē suum ꝓpuz in illo sermōe: z narrat esse ei⁹ in libro aphorismoz: sicut dixi in sūmis breuib⁹: z loqtur in libro suo in egritudinibus acutis sermōe amplo lōgo: z pp id ponūt qdaz expositoz expositiones suas libri ei⁹ in egritudinib⁹ subiti post expositōes suas libri huius. z similiter videt mihi vt faciam.

Oportet ergo te circa acutas egritudines sollicitū fieri. Primo etenim faciē egri pnotabis utrū sit similis

sano. Et etiã si sibi sano simil' sit: quod optimũ est. si uero ꝓtrariũ: pessimũ est

Oportz ut ponas ꝓsideratõez tuã in egritudinib⁹ acutis ꝙz hãc uiaz cõsidera ꝓius faciem infirmi an sit similis faciei sanoꝝ: ⁊ ꝑpe an sit similis ei ſm q̃ fuit: nã qñ ita est: tũc est ſm melioꝛẽ dispositiõez eius. Facies autẽ que est ꝓtraria illi faciei simili in ultimo per illud ſm q̃ fuit est deteꝛioꝛ facie ⁊c̃.

Significauit hippo. significatiõe manifesta q̃ sermo eius in hoc libꝛo est in egritudinib⁹ acutis. Et incipit loqui in illo ex significatõib⁹ acceptis ex facieb⁹: qñ sunt ꝑmũ qõ apparet. ⁊ qñ virtus eaꝝ est in ꝓnosticatiõe magna: ⁊ res in hoc q̃ ipse sunt ꝑmũ qõ apparet est mãifesta. Sed q̃ vtus eaꝝ in ꝓnosticatiõe sit magna docet ⁊ sciet in eo qõ est post. verũ facio trãsire per mẽtem tuã in ꝑmis ꝓloguz qui est cõioꝛ: eo q̃ est in arte ista añcedẽs in libꝛo suo noiato camedrion: vbi dixit: q̃ res similes ⁊ dissiles in ꝓncipio rei sunt ex maioꝛe re valde: nam nõ est inceptio ꝓnosticatiõis tñ: que fit a cõsideratiõe in his rebus. ſ. per demõstratiões: nam ipse nõ incepit ꝓnosticatõez tñ: que fit a ꝓsideratõe in his rebus: sed demõstratiões etiã sup res q̃s nos oꝛtet face re. Et ego quidẽ iam oñdi bas res q̃s oꝛtet nos facere in libꝛo meo in via de ingenio sanitatis. Nunc vo oꝛtz vt ꝓimo ponas tuam ꝓsideratõez ⁊ inquisitõez de ꝓnosticatiõe in hoc libꝛo: postq̃z feceris trãsire per mẽtẽ tuã Secũdo qz nõ significatiões tñ q̃bus significat q̃ futurum est sunt partes artis medicine: qua fit ꝓnosticatio. sed ille q̃bus gueñt etiã ad cognitõez eius q̃ ꝓteꝛiit: ⁊ ille q̃bus cõprehẽdit q̃ est ꝓsens in coꝛpe infirmi. verũtñ iam ꝓsuetudo cucurrit noiare cognitiõez reꝝ pñtiũ significationẽ. Hippo. g̃ ꝑcepit tibi vt ponas ꝓsiderationẽ tuã in ꝑmis in facie infirmi: an sit simil' facieb⁹ sanoꝝ an nõ: ⁊ ꝑpe an sit simil' ei ſm q̃ fuit. Nec eniz sentẽtia est vna sentẽtiaꝝ que in se sunt hippo. ſ. qz nõ oꝛtet vt inq̃rat de rebus que sunt in arte medicine ex natura cõi tñ: sed oꝛtet vt inq̃ras etiã de illis ex re nature que ꝑpria est vnicuiq̃ hominũ. Inde est q̃ qũ inueñs eum in loco isto in quo ꝑcepit cõparari inter mẽbꝛa lesa infirmi: ⁊ inẽ mẽbꝛa sana: iuuit ne ponas illam cõparationẽ inter mẽbꝛa extranea: sed inter mẽbꝛa patiẽtis. Et melioꝛ q̃dez dispositiõuz faciei infirmi est qñ mozat similis ei: ſm q̃ fuit in dispositiõe sanitatis. ⁊ deteꝛioꝛ dispositõuz eius est dispositio in qua est ſm funẽ ꝓtrarietatis illius faciei simil' illi q̃ fuit. De dispositõe autẽ eius media inter dispositiõez que est melioꝛ: ⁊ inter dispositiõez q̃ est deteꝛioꝛ: neẽe est tibi inꝺrere qñ extrema determinãtur. q̃ est: quia ꝑpin quioꝛ eaꝝ faciei cuius dispositio est melioꝛ dispositionuz est melioꝛ eaꝝ: ⁊ ꝑpinq̃oꝛ eaꝝ faciei cuius dispositio est deteꝛioꝛ dispositiõuz est deteꝛioꝛ eaꝝ. ⁊ cuius longitudo ab vnaquaq̃ duaꝝ est equalis: dispositio eius est media inter vtrasq̃z. Hippo. autẽ significauit faciem: cuius dispositio est ſm melioꝛẽ dispositionuz in ſũma vna. quod est: quia ex faciebus que est melioꝛis dispositiõis: est facies que est magis simil' faciei naturali. facies autez cõtraria valde simili naturali faciei in vltimo: qñ non est cõis nec cognita: significauit super eam hippo. significatiõibus multis particularibus: ⁊ ego iuz pscrutãs de vnaquaq̃ illaꝝ significationũ in eis que sunt post. 9

Et si nares acute.

Et iste modus est ei⁹ ubi sit nasus acutus ex eis.

Hec significatio est ꝑma significationũ malaꝝ q̃s posuit hippo. ſ. nasus acutus. Oꝛtet autẽ vt ponas cõsideratiõez tuam de naso cuiusq̃ hominũ per cõparationẽ tuam ad id ſm q̃ fuit per naturaz: sicut dixi. quod est: quia nasus aquilinus videtur apud hanc dispositiõez acutioꝛ q̃z fuit: ⁊ similiter etiam simus ⁊ alae ne. i. qui qũ bẽat eminẽtiam in supioꝛi parte est caluus ⁊ curuus. Et oꝛtet vt sis seruans dispositiõez nasi per naturaz: nam ſm longitudinẽ eius ab illa dispositiõe naturali pones q̃titatem maliciei eius: quod significat super ipsam apud te. Et videtur quidem nasus visione manifesta acui in eo cuius coꝛpus macresci ꝑpter egritudinez longam: aut redit dispositio eius ad penam vel ꝑpter famez: ꝑpter laboꝛez aut casum foꝛtem: aut ꝑpter causam aliam: ⁊ accidit eis syncopis: ⁊ similiter inuenim⁹ ipsum fieri in moꝛituris. Necessario igitur dicitur in hac significatõe: quia est mala accidens infirmitatibus malis quãdo aliquis utitur inquisitione de illis rebus cõmunibus apud homines: cõiter super quas conueniũt. Inquisitio autẽ de infirmitate in qua nasus sit acutus est de opere auctoꝝ ratiocinatiõis. q̃ est: quia apꝛehẽsio eius non est possibilis nisi per viam qua apꝛehẽdunt res occulte ex rebus apparẽtibus tñ. verũtamẽ oꝛtet vt pscruteris in ꝓmis de significatiõibus quas narrauimus per viam qua apꝛehẽdũtur res que occultãtur tempoꝛe aliquo: qñ melius est vt ponamus sermonẽ nostruz in ꝓmis in via super quaz cõueniũt cõiter hoibus oñibus Melius est enim q̃z ut incipiam⁹ in ꝓmis: ⁊ incedam⁹ in sermone nostro via qua apꝛehẽdũtur res occulte ex rebus manifestis. 10

Oculi cõcaui: tempoꝛa plana: aures frigide ⁊ ꝓtracte: ⁊ pulpe eaꝝ inuerse: frons arida ⁊ tẽsa: ⁊ totius faciei coloꝛ uiridis: seu niger aut pallidus siue plumbeus.

Et modus eius est ut sit nasus acutus: oculi ꝓfundi: ⁊ tẽpoꝛa plana aures frigide ⁊ ꝓtracte: ⁊ pulpe eaꝝ inuerse: ⁊ cutis que est sup frontez dura: tensa: ⁊ arida: ⁊ coloꝛ facici totius uiridis: aut niger.

Omnes iste significatões apparẽt in facie in egritudinib⁹ chꝛonicis: ⁊ apud laboꝛez: ⁊ apud syncopim: ⁊ ꝑpie in hoꝛa moꝛtis. ⁊ ꝑpter illud fit inuestigatio de eis: qũ non assimilet eis ſm q̃ sunt sani faciles: qñ significãt rem malaz. Narrauim⁹ autẽ nuper q̃ de rebus super quas conueniũt oẽs est: quia oñe quod est cõtrariũ rebus naturalib⁹ vltima ꝓtrarietate est significatio sup perditõez. ⁊ oñe q̃ est simile rebus naturalibus significat euasionez. ⁊ oñe illud de quo querit vsq̃z ad hunc funẽ in istis rebus nõ est ſm viam in qua querit de eo cuius occultatio est spacio quodã. Oꝛtet autẽ vt inquiramus de natura eaꝝ cum pscrutatõe ſm semitam in qua significat ex rebus apparẽtibus sup res occultas Dico ergo q̃ euentus hoꝛ accñtium erit: aut a causa que

liq̄facit mēbra carnosa corporis ⁊ corrūpit ea: aut a debilitate caloris naturalis: qui cōsumit: vt nō sit ei possibile expādi ⁊ pueire ad extrema corporis: sed ē in visceribus tñ pauca caliditas: ⁊ ꝺsequtur illud vt nō currāt sanguis ⁊ spirit⁹ ad extrema corporis: sic currebāt ante: qū remanerēt fz naturā suā. ⁊ pp illud oz vt appareat hec alteratio de dispōe naturali ad dispōez egrediētē naturā in facie plus ⁊ magis. qō est: qz qū sint ossa: ⁊ būiditates: ⁊ caro in hoc mēbro adinuicē ꝓpiqua: ⁊ ossa qñ eoꝝ substātia est frestris mozent ſm eoꝝ dispōez: ⁊ in būiditatibus ⁊ carne sit possibil' liq̄factio ⁊ resolutio: ⁊ minuūtur facile ꝓp̄ paruitatez que ē in eis de sanguīe ⁊ spiritu: vñ est neciuz vt fit apparitio horꝝ accñtiū in facie: ⁊ ipsoꝝ cognitio facilioꝝ q̄z sit in reliq̄s mēbris. qō est: qz in naso nō est de carne nisi ſm ipsi⁹ necitatē tñ: reliqum ꝙ est os. qua ꝓp̄ oz qñ liq̄fit caro q̄ est in eo aut minuit' pp q̄sdaz euacuatiōes: vt videat' extrēitas ei⁹ acuta. ⁊ qñq; accidit ei illud iterꝝ: qñ supfluit sup ipm frig⁹: ⁊ hoc accīs ei ꝓp̄e accidit q̄ mozit'. qō est: qz qñ frig⁹ partiū carnosaꝝ substantiā que in ipo est ifrigidat: oz vt nasi extrēitas acutioꝝ videat' q̄z sit. Et hippo. q̄dē nō significauit p nasuz acutū nisi nasum: cui⁹ extrēitas acuit' qñ accidit pp egritudines acutas. fz hūc ḡ modū videt' extrēitas nasi acuta. Oculi aūt ꝓfūdātur ab istis eisdē cauſ: ⁊ fz supfluitates būiditatis eoꝝ: ⁊ ipoꝝ lenitatis sup extrēitatē nasi festinat hec infirmitas ad eos: ⁊ in eis cū illo est spiritus aial' mlt⁹: ⁊ caliditas mlta: tūc oz qñ euacuāt' ⁊ finiūt' vt cōtrahāt': ⁊ ipoꝝ cōtractio est eoꝝ ꝓfūdatio. Et simil'r etiā duo tēpora se bñt: naz ipa applanātur: qñ in eis tñ sunt ex oibus partibus capitis lacerti. ſ. duo lacerti q̄ noiant' lacerti tēporꝝ. reliq̄ aūt capitis sunt ꝑuata carne oio. Aures aūt infrigidant': qñ sūt ex genere cartillaginū: in q̄b⁹ nō est caro: nisi pauci sanguīs. ⁊ pp hoc inuēim⁹ frigus ꝓpare ad eas valde: ⁊ cā in illo est ꝑparatio eaꝝ. ⁊ qz ipe dispōsite sūt ad recipiēdū hāc cāz ex natura sua: ⁊ nō est possibile vt sit cā in vlatōe pulpaꝝ auriū: nisi lenitas substātie eaꝝ ⁊ q̄ ipe nō sunt sic reliq̄ auriū cartillagines certe recte cū cute subtili. Pulpe igit' auriū liq̄fūt: ⁊ cōtrahūtur: ⁊ exsiccant': ⁊ colligūt' a cauſ: quaꝝ ꝑmiſm⁹ remēoratione. ⁊ qñ eis accidit illud: inuersant' ꝓp̄e ad posterioꝝ vſus originē neruoꝝ: q̄ ꝓducūt ad aures sensū. qō est: qz otractio ⁊ cōstrictio cōicat oibus corpib⁹ q̄ similant' corrigijs qñ exsiccāt': ⁊ est ꝑuz vnicuiq; mēbroꝝ corporis: qz inuersat' ⁊ attrahit' vſus mēbruz ex quo ꝓcedūt nerui cuz illo mēbro cōtinuati. Eidem⁹ cīz illud visiōe manifesta in digitis. qō est: qz corde intrinsice digitoꝝ qñ extēdūtur pp aliq̄ cāz: vides digitos mānifesta visiōe curuari: ⁊ si tēdūtur eoꝝ corde apparētes: vides eos dilatari. ⁊ ꝓp̄e hanc siccitatē ⁊ collectiōez videt' etiā cutis: q̄ est sup faciē tota tensa. ⁊ plus q̄dē declarat' illud ex ea in frōte: qñ sub cute q̄ est in frōte est expāsa substātia carnosa subtil: ⁊ infirmitas festinat ad illud cui⁹ natura est carnosa vehementius: q̄z ad illud cui⁹ natura est ex natura cutis. Alteratō aūt coloris deterioꝝ est: que ē in nigredinē: qñ fit a supfluitate victorie frigoris sup sanguinez: sic id qō inuēim⁹ accidere in ipso qñ effundit' extrinsec⁹ a corpe: congelat' elz ⁊ fit nigrū. Aōuersio aūt coloris ad viriditatē est minoris malicie q̄z alteratio ei⁹ ad nigredinē. Et de cōsuetudine q̄dē grecoꝝ est vt significēt p colorē viridē colorē citrinū: ⁊ fortasse noiant ipm sic de ꝺsuetudine pluriū eoꝝ est nolare colorē caulū ⁊ lactuce. ⁊ ille q̄dez color declinioꝝ est ad nigredinē q̄z color citrin⁹. ⁊ ipe est q̄si initiuz coloris fusci: ⁊ coloris nigri. ⁊ cuētus huius coloris est a frigore sicut coloris pmi: ⁊ pp id fit facies qua aggregāt' illa accñtia oia que narrauim⁹ significās mortē. ⁊ facies quidē fit cuz hac dispōe fz plurimū in egritudinib⁹ chronicis. q̄ si appareāt hec accñtia in pncipio egritudinū in facie significat timorē pditiōis magnū valde: qñ cā in illo nō est tūc nisi malicia egritudis. qō est: qz nō est miru si liq̄fiat corp⁹: ⁊ denigrant' ⁊ infrigidētur q̄daz extrema ei⁹ qñ ꝓlōgat' egritudo ei⁹. In pncipio aūt egritudinis: ⁊ ꝓpe acutaꝝ ex eis qū facies videt' cuz hac dispōe: significat pditionē ꝓculdubio: nisi sit cā faciēs illud res alia nō egritudo. Et hippo. quidez oñdit cās que faciūt illud ꝓeter egritudinē que est in eis: que sūt post. In hoc aūt loco itellige a me q̄ō narro tibi vsq; ad illud q̄ dixi de eo: cui⁹ remēorationē putat' hippo. dixisse. qō est: quia sicut ex facie cui⁹ est hec dispositio in egritudinib⁹ chronicis: nō significatur illud ſm hanc q̄titatē timoris: similit' nō inuēimus eam significare ſm hāc q̄titatē timoris in regione frigida: ⁊ hora hyemis: ⁊ dispōe frigida: ex dispositōibus aeris: ⁊ etate senij. Dixit aūt hippo. vniuersaliter in libro aphorismoꝝ: Quādo egritudo ꝺueniēs est nature infirmi: ⁊ etati eius: ⁊ forme eius: ⁊ horе pñti: ex horis anni: tunc timor minor est timore egritudinis: qñ nō est conueniens alicui haꝝ ꝓprietatum.

Quale si sic fuerit in pncipio egritudinis oportet inqri an uigilie p̄cesserint: aut uētris solutiōes: aut iciunij labores ꝑus affuerint: ⁊ si aliqd horū cognoueris p̄cessisse minus periculosum uereberis. q̄ si die ac nocte p̄cedētibus qcquā horꝝ sustinuerit: nō mltuz picu losuz spabis. Si uero nihil horꝝ cognoueris: mortis signum sperabis ⁊ certa.

Quod si fuerit facies in principio egritudinis cū hac dispositōe: ⁊ si fuerit tibi possibile adhuc ut significes cū illo per reliq̄s significatōes: tunc necesse est tibi ut inēroges an uigilauerit homo ille: an lenificatus fuerit uenter eius lenificatiōe uehemēti: an euenerit ei aliqd ex fame. Nā si significat aliqd ex istis tunc necesse est tibi ut putes de eo minorē maliciaz: ⁊ illud expieris do nec scias an facta sit facies cum hac dispositiōe ꝓp̄e has causas in die ⁊ in nocte. Quod si nō significat' aliquid illoꝝ ⁊ non quieuerit in spacio q̄ō determinatī ante: tunc oportz ut scias q̄ illa sunt ex signis mortis.

Magis interficiēs ex egritudinib⁹: ⁊ magis pdēs: ē lōgioꝝ a sanitate est egritudo in q̄ facies hūtis eam in inceptōe sui aduēt⁹ significat mortē: pter q̄ sit causa illi⁹ cā extrīseca. ⁊ egritudo minoris timoris hac egritudine est: in qua facies hūtis eam est cū dispositiōe hac per cām apparētez: sicut vigilie supflue: ⁊ ieiuniū vel fames aut lenitas vētris. q̄ō est: qz rectificatio in his cauſ est vt nō cadat vtus oio in fine: vel vltimo ab

vna eaꝝ in ꝑncipio egritudinis. verũtñ timor in ea qñ os ſm diſpoſitiõez eſt minor: qñ cã in illa eſt minoratio haꝝ rex: ⁊ nõ eſt malignitas ⁊ malicia ifirmitatis. ⁊ ego ſiꝫ narrãs breuit ⁊ plane cãm egritudinis corporis: in quo eſt facies cũ hac diſpoſitõe in die⁹ ꝑmis egritudinis. Dico q̃ qñ aggregat vt vtus retẽtiua ſit debil: ⁊ hũores qui ſũt in eo ſint ſubtiles: ⁊ caliditas febris vehemẽs eſt neceſſe ꝓpter debilitatez virtutis vt euacuet̃ ſemp corp⁹ euacuatiõe occulta: que occlet̃ ſenſui. qõ eſt: quia illud quod currit ex eo non eſt niſi ex hũorib⁹ illis ſubtilibus ⁊ ꝓpter caliditatez febris inflãmãtur ſemp illi humores ſubtiles plus: ⁊ ſubtiliãtur ⁊ cõſumũtur qui ex eis non ſunt in hoc termino ſubtilitatis. Erit ergo euacuatio hec hac de cauſa cõtinua ſemp: cui non eſt abſciſio ſicut euacuatio aſſidua: que accidit per vomitũ: aut per lenitatez ventris: aut per ꝓuocationẽ vrine aut menſtruor. verũtamẽ omẽs iſte ſpecies euacuatiõis ſunt ſenſibiles. Differentia ergo inter eas: ⁊ inter eam euacuationẽ quaz dixi mus eſt: quia ipſe ſunt ſenſibiles: ſed illa euacuatio eſt inſenſibilis ꝓpter ſubtilitatez rer̃ que euacuãtur ex corpore: ⁊ ꝓpter illud non inuenimus faciem cum hac diſpoſitõe in egritudine phlegmatica: neq; in egritudine cuius cauſa eſt repletio corporis ex ſanguĩe. vez neceſſaria eſt ad hoc vt facies fiat huiuſmõi diſpoſitõis ꝓuiatio humiditatis: que eſt in corpore. ⁊ oportet vt antecedat euentum egritudinis luboꝝ: aut anguſtia. Humor enim qui eſt ex genere cholere: non aggregat̃ in corpore niſi ab iſtis cauſis. ⁊ ſi cõtingat itez vt regio quã inhabitat infirm⁹ ſit cõplexiõis calide: aut hora pñs ex horis anni ſit eſtas: ⁊ cõplexio aeris continẽtis nos calida ⁊ ſicca: erit caſus corpis in huiuſmõi egritudine facilior: ⁊ ꝓpter ſi vincẽs ſuper cõplexionẽ infirmi per naturaz fuerit cholera: ⁊ in uenimus itez ex corporibus corpora facilis reſolutiõis: quoꝝ os ſtomachi eſt debile: ⁊ qñ aggregãtur iſta duo cum eo q̃ narrauim⁹ eſt caſus in egritudinẽ: in qua faciem habẽtis eam ſignificat mortẽ facile valde. Quum ergo ſcit medicus has res: non eſt inuamẽtum per eas in ꝓnoſticatiõe tñ: imo in inuẽtione medicatiõis: ita vt ponat intentiõez ſuam in illo in cõfortatiõe virtutis cum cibis conueꝫientib⁹ ſtomacho. verũtamẽ ſermo in inuentõe curatiõis eſt exiens ab eo in cuius via ſum⁹. Oportet ergo vt intẽdat inquirẽdo exãſite de cauſis extrinſecis: que ponunt faciem cum hac diſpoſitiõe. Dico ergo q̃ cauſe facientes id ecdẽ ſunt quas dixit hippo. ⁊ ſunt fames: vigilie ⁊ lenitas vẽtris: ⁊ tibi abſolute ineſt vt adiungas eis oĩa que ſunt eis ſimilia: ſicut euacuatõ ſanguis ſuperflua: que fit ex naribus: aut ex matrice: aut ex venis que ſũt in ano aut ex vulneribꝫ: aut ex eis que ſunt eis ſimilia: ⁊ ſeq̃tur illud anguſtia vehemens: a q̃buſcũq; cauſis fuerit. Et dignum eſt q̃ hippo. iam dixit Anguſtiaz: qñ ponat̃ in ſermone ſuo: dicẽdo Vigilie. qõ eſt: quia vigilie ſunt a cauſis multis: ⁊ fuit etiam ab anguſtia: ergo oportz vt ingrediat̃ in remẽoratiõe vigiliaꝝ: ⁊ ſimiliter etiaz in ſuperfluitate ſolutiõis ventris. oportet etiam vt apud te ingrediat̃ oĩs euacuatio ſuperflua. ⁊ qui iam exercitat⁹ eſt in ope medici ne exercitio vltimo: ⁊ eſt ꝓuidẽs in cognitiõe cuiuſq; rei que ſunt in ea: declarat̃ ei multũ cauſa efficiens faciẽ: cuius diſpoſitio eſt hec diſpoſitio. Modus aũt ſignificatio rum que ſignificãt eam difficilis eſt: ⁊ ꝓpter illud abſtinuerũt ſe multi medicoꝝ a narratõe eius ꝑ ſermõez: q̃uis quoꝝ digna ẽ remẽoratio de eo narratiõe quã qñ ſciuerit tibi vt iudices ſup cãz: q̃ poſuit faciẽ ei⁹ ad hãc diſpoſitõez: ⁊ ꝓpter ſi fueris ſciens regimẽ quo vſus fuit ante egritudinẽ ſuã: ⁊ cõplexionẽ eius: ⁊ plus illo multũ ſi iam fueris expt⁹ pulſuz venaꝝ ei⁹ expimẽto: ⁊ cognoueris q̃litatem caliditat̃ ſe. Cui⁹ exẽplũ eſt: vt ponas q̃ ſit aliq̃s in firmoꝝ cã infirmitat̃: cuius ſit laboꝝ ꝑcedẽs: ⁊ ieiuniũ: ⁊ anguſtie: ⁊ ſit illud in hora eſtatis: ⁊ cõplexio aeris in ea calida ⁊ ſicca: ſit ẽt vincẽs ſup corp⁹ ei⁹ ꝑ naturã cholera ⁊ etaſ ei⁹: etiã etas iuuẽtutis: caliditas febris eius cũ illo fortis: ⁊ vincẽs ſup vrinã ei⁹ cholera: ⁊ pulſus ei⁹ ſignificet debilitatẽ virtutis. Dico q̃ oz vt ſciat̃ q̃ egritudo infirmi ẽ egritudo in qua ſmo noſter eſt: ⁊ q̃ facies ei⁹ ſit cũ diſpoſitõe: in qua ſignificat̃ ſup mortẽ velocẽ: ſi nõ ꝓuſ nutriat̃ ſm q̃ oz: ⁊ ponam⁹ egrũ aliũ: in quo nõ inueniat̃ aliq̃d eoꝝ q̃ narrauim⁹ nõ antecedẽs in egritudine ſua: neq; in die ꝑmo: neq; ſecũdo: q̃q; in die ttio fuerit eger videas faciẽ eius: ſm q̃ narrauit nũc hippo. Dico q̃ oz vt ſciat̃ q̃ facies hui⁹ infirmi facta eſt cũ hac diſpõe a q̃buſdã cauſ extrinſecis. qũ g̃ ſcieris illud tũc cogita in teipo q̃d ſit id qõ poſſibile ſit ꝓpe illa cã an fluxꝰ vẽtris ſuperfluus: an vigilie. qõ eſt: quia nõ eſt poſſibile vt fiat facies ieiunãtis cũ hac diſpõe ſubito: ꝑter q̃ cãe egritudinis faciãt illud fiẽ dixi: ⁊ ſit infirm⁹ in natura ſua ſm q̃ narraui. Et ſi tu iam vidiſti infirmũ in die q̃ eſt ante hũc diez: tũc impoſſibile ẽ vt deletũ ſit a te: ſi ẽ de natura ſui vt accidat ei fluxꝰ vẽtris ſuperfluus ex ſeipo. qõ eſt: quia ſignificatões q̃ ſignificãt fluxũ vẽtris ſunt mãifeſte. Et ego q̃dem narraui eas in libro meo de criſi: ⁊ in libro meo de ꝓnoſticatiõe accepta ex pulſu. Quãq; ſcieris illas ſignificatiões: poteris hora qua videris ifirmuz iudicare q̃ acciderũt ei vigilie ſuperſiue. qõ eſt: quia videbis oc̃los ei⁹ exſiccatos: ⁊ non eſt poſſibile vt ſint ita ꝓpe euacuatõez: ⁊ videbis itez palpebras ei⁹ cũ difficultate moueri cũ diſpõe: q̃ſi ipe ſint tracte ad inferioza nõ fixe: ſiẽ palpebre eius q̃ bẽt ſubet. Et ſi tu etiã nõ vidiſti infirmũ niſi in illa hora: ⁊ nõ vidiſti eũ ante illud: tñ iſte ſignificationes accepte ex pulſu ſignificãt ẽt ſignificatões q̃ſdã ſup illud qõ ante fuit. qõ eſt: q̃a ſi illud qõ facit illud fuerit cã ſuperfluitatis fluxus vẽtris: tũc remãebit ſup ifirmũ reſiduũ paruũ ſignificãs cãm faciẽtẽ illã euacuatõez. Et ſi accideret ex vigilijs: imaginat̃ tibi ex pulſu venaꝝ: q̃ſi ſit corda corrigiaꝝ corrodata. In eo aũt cui⁹ facies eſt cũ hac diſpõe ꝓ ieiuniũ tñ: nõ intẽdit aliq̃ haꝝ ſignificationũ: q̃ ſignificãt euacuatõez: neq; q̃ ſignificãt vigilias: ⁊ non fit ꝓnoſticatio in eo niſi ex alijs. nã cã egritudinis ieiunij ẽ cũ ꝓuatõe haꝝ ſignificationuz ꝓpe: nõ ex ꝓuatõe ſignificationũ que ſunt ꝓpe ieiunio: ⁊ plus illo multũ: qñ conſideras ꝑcrutatõe ꝓpe caliditatẽ reſoluẽtẽ: ⁊ nõ declarat̃ tibi q̃ diſpõ febris ſit ita: q̃ñ ſi declarat̃ tibi q̃ diſpõ febris ſit hec diſpõ: tunc ſcias q̃ hec tornatilitas faciei nõ accidit niſi ab hac cã: nõ a cã extrinſeca. ⁊ oz q̃dẽ vt ꝓgnoſtes mozã in tactu eius: ⁊ ponas manũ tuã ſup ipm totũ: nõ ſup ipm locũ qui tãgit̃ tñ: ſz ſup locũ qui ẽ ſupioz eo etiã. ⁊ conſidera febrẽ manu tua conſideratiõe vehemẽti: an ſit calida tñ: an iam reſoluant̃ etiaz cũ illo ex ſubſtãtia corpis res q̃ ſunt: ſiẽ ſcintille ignis penetrãtes in manũ tuaz qua tãgis infirmũ: ⁊ pnẽũt puentõe mãifeſta ad ꝓfundũ ei⁹. Febriũ eiz q̃ ponũt faciẽ habẽtis eas cũ hac diſpõe: in qua ſignificat̃ mozs diſpoſitõ eſt hec diſpõ. Et narratio haꝝ rer̃ fiẽ dixi eſt difficil̃. verũtamẽ non ſunt ex eis que nõ narrant̃: aut ex eis quoꝝ cognitio eſt difficil̃ ei qui iam domit⁹ eſt: ⁊ exercuit ſe in illo. Et mihi quidẽ multotiẽs ꝓpites fuerũt qũ ꝓceſſi: ⁊ indicaui eis res iſtas: ſed ipi ex additiõe facti ſunt ꝓpti ſup cognitionẽ rer̃ quas dicerũt ex editis libris in ꝓnoſticatiõe. qõ eſt: quia apud illũ qui vidit ⁊ ꝓceſſit ⁊ indicauit eas certificatũ eſt: q̃ eaꝝ appẽſio eſt poſſibil̃: ⁊ non beſitat in illo qñ ſit ei difficil̃ appẽſio illi⁹ rei in ꝓncipio

naz inter quosdã pueroꝝ: quoꝝ vnusquisqꝫ alteri similis est vltima similitudine: nõ est possibile distinguere ei qui non videt eos nisi semel. de suis aũt nõ est aliqs supꝙ dẽ dubeat illud. Per illud aũt qõ dixi de hoc nõ intẽdi: nisi admonere iuuenes in hac sciẽtia: ⁊ ꝑpẽ qui ex eis nõ viderint infirmos: ⁊ indicaui huiusmõi res. qõ est: quia nõ est tibi possibile vt enũcies: qõ nõ accidit infirmo nisi angustia tñ: imo poteris dicere ꝙ vigilie accidunt ei ꝓpter angustiaz. Erasistrates enim nõ sciuit ꝙ filius regis fuerit Amans: qñ viderit cozuos: aut coznices volantes: neqꝫ qñ inuẽit pulsũ illiꝰ adolescẽtis significare amozẽ: sic dixerũt quidã. sed ipse nõ significauit id nisi sicut ego signi ficaui semel. qõ est: quia boza qua posui manũ meaz supfacie infirmi: accidit ei vt trãsiret ante eum mulier ex eis que erãt in mãsiõe sua: ꝗre diuersificatus est pulsus eius statim: ⁊ cozruptꝰ est ozdo eius. qũqꝫ parũ tẽpozis ptransisset: ⁊ mulier recessisset quaz viderat: rediit pulsus eius ad illud qõ erat per naturã. supꝙ illud aũt qõ diuersificatur de pulsu ſm hũc modũ: nõ significat res vna cõis. Et est causa ꝗre agitaꝫ anbelitꝰ ⁊ pulsus infirmi. Discretio vo huiꝰ cause ex ꝙ agitaꝫ anbelitꝰ ⁊ cognitio eius: oportet vt sit ex istis rebꝰ quas audit infirmꝰ: aut quas videt. qõ est: quia illud qõ dicit cozã infirmo: ⁊ facit accidere in pulsu eius diuersitatẽ: nõ est illud nisi ꝓpter agitatõez ex eis que audit. verũtñ ego iam scripsi in illo libro ꝓpuz sed est in ꝓnosticatiõe. In hac aũt boza oportet vt redeam ad illud supꝙ dixi. Illud ergo in cuius via fui est: ꝙ possibile est qñ medicꝰ enũciat mltas ex rebꝰ que ꝓterierunt ex rebꝰ que sunt ꝓsentes infirmo: vt miret de eo. s. qñ narrat huiusmõi res: quaz ꝑmisimꝰ remẽozatiõez. s. vigilias: ⁊ lenitatẽ nature: ⁊ famẽ. ⁊ fortasse difficilis fit enũciatio ꝙ vna eaꝝ singlaris sit cã egritudinis: ſz enũciatio ꝙ illa fit vna ex duabꝰ eaꝝ: aut vna ex tribꝰ: ꝓcul dubio est possibile vt antecedat: ⁊ enũciet de ea ſm veritatez: ⁊ illud ꝗdez est qõ ꝓuocat illũ: quia audit illud vt laudet ipm dicentẽ. Qũ enũciat illud per illud qõ enũciat inde ſm semitaz interrogatiõis: ⁊ est vt medicꝰ dicat infirmo que est causa toznatilitatis faciei sue: an vigilie supflue: an ieiunii fuerit cã. Multotiẽs enim ei significat infirmꝰ per ambas res simul: quare fit admiratio eius de medico plus: ⁊ fortasse significat vnã eaꝝ. ⁊ miratꝫ de eo etiaz infirmꝰ qñ dicit illud qõ est. Hoc est ergo qõ significat hippo. per ſmonẽ suũ: Oportet enim vt tu inqras an vigilauerit homo ille: an lenificatꝰ fuerit vẽter eiꝰ lenitate vehemẽti: an euenerit ei aliqd ex fame. Deinde dixit post illud: Et si significauerit aliqd ex illis: oportet vt putẽs de eo: quia est minoris malicie: ⁊ illud ẽ necessariũ qñ melius est vt sit virtꝰ infirmi cũ dispõe in qua nõ cadat ab vna causaꝝ extrinseca. ⁊ malicia egritudinis etiaz est minoz ⁊ facilioz: qñ causa liqfactiõis cozpis supflue est vna eaꝝ rez: ⁊ nõ est ſm egritudinẽ ⁊ maliciã eius. verꝫ qũ sit possibile vt sit causa in illo causa extrinseca ledẽs cozpꝰ: ⁊ febris liqfaciẽs ipm est neẽe vt sit expientia illiꝰ: donec sciaꝫ an facta sit facies cuz hac dispositõe ꝓpter has causas in die ⁊ nocte ꝗs numerat: nam si facies fit facta in hac dispositõe ex aliq causaꝝ extrinsecaꝝ tñ: sicut dixi reductio eius ad dispõez naturalẽ erit in die ⁊ nocte. ⁊ si facta est cum hac dispõe ꝓpter cãm in cozpoze: mozaꝫ ſm dispositionẽ suaz illaz ⁊ addit malicia eius. Hippo. ergo inuenit in eo ꝙ dixit: In oĩbus rebus: recte inuẽisse. Inquiram ergo nũc de intẽtiõe sermõis hippo. s. Si ergo fuerit facies in ꝓncipio egritudinis cuz hac dispositiõe: ⁊ nõ est tibi possibile adhuc vt significes cum illo per reliquas significatiões. qõ est: quia necesse est ex sermõe eiꝰ isto vt sit vna duaꝝ rez: aut vt iste significatões nõ appareant in ꝓncipio egritudis: aut vt illud qõ significãt non sit certuz. ⁊ ꝓpter illud non est possibile vt iudicet ex eis supꝙ res in qbus dubitaꝫ. Ego aũt dico ꝙ iste significationes non apparẽt semꝑ: neqꝫ si apparẽt significãt rem certam. Et ego ꝗdem ostendã ꝙ illud fit in expositiõe mea de eis: postqꝫ posuero sermonẽ hippo. qui sequit hunc sermonem. 12

Et si huiusmodi egritudo triduana fuerit qui precesserũt labozes non minus ꝑcũctaberis: ⁊ oĩa que sunt inquirẽda circa cozpus ꝙquirere debes ⁊ etiam circa oculos.

Quod si egritudo iã transierit tres dies ⁊ facies fuerit cuz hac dispositiõe: tunc oportet ut inquiras de illis rebꝰ qs ꝑmisi tibi in questiõe de eis. ⁊ consideres reliquas significationes in cozpoze ⁊ oculis.

Hoc nomẽ. s. Principiũ egritudinis: significat initium egritudinis: qum non est latitudo aliqua: ⁊ significat itez initium: qũ est latitudo aliqua: sed illa est parua: ⁊ significat cũ istis duobus ꝑmũ tempus egritudinis ex tẽpozibus post: qõ est tẽpus augmẽti: ⁊ post augmẽtuz status: ⁊ post statum declinatio. In sermõe igiꝭ hippo. Nuper si fuerit facies in ꝓncipio egritudinis cum hac dispositiõe: nõ significauit qõ boz tẽporum intellexerit. In sermone aũt suo nunc: scilicz ꝙ egritudo iam transierit tres dies: ⁊ fuerit facies cũ hac dispositiõe: significat significatiõe manifesta: quia intellexit in sermone suo ꝓmisso per ꝓncipiũ egritudinis initiuz cui est latitudo. quod est: quia spaciũm tẽpozis huius initij extẽditur vsqꝫ ad diem tertiũ. Apud hunc ergo terminuz ꝓcepit hippo. vt adderet ad significatiões quas dixit: significatio ex reliquis significatiõibus in quibus dixit: Et non est tibi possibile adhuc vt significes cum illo per reliquas significatões: ⁊ numerauit eas in sermone suo: 13
qui sequitur hunc sermonem ⁊ dixit:

Et si lumen effugerint: nolentes qꝫ lachrymas effuderint: atqꝫ fortas tanquaz in suffocato ꝓminuerint: aut alter altero minoz apparuerit: ⁊ alba eoꝝ in sanguinea cõmutata fuerint ⁊ tanquam ucne nigroꝛis uel pallozis intus in se fuerint: ⁊ lippitudinez habeant: ⁊ instabiles aut tremuli fuerit: aut extra nimis extiterint: aut intus multuz delituerint: ⁊ tota facies bozribilis apparuerit: hec oĩa periculosa ⁊ mozталia iudicabis.

An Am si oculi effugerint a lumine: aut lachrymantes inolũtarie fuerint: aut fuerint tozti: aut fuerit unus

corum minor altero: aut eorum alba rubuerit: aut fuerint in eis uene fusce aut nigre: ⁊ fuerit in eis lippitudo: aut fuerint agitati: aut instabiles: aut tremuli aut eminētes: aut profundi ualde: aut fuerit color faciei totius mutatus: tūc oportet ut putetur de istis significationibus omnibus quia sunt significationes male pernicioſe.

Res cōmunis in oībus istis accidētib⁹ que narrauit hippo. est: quia sunt extra naturā. Eor vō diuersitas est in hoc q⁹ quedā eor dicuntur esse cōtraria rebus naturalib⁹ valde: sicut dixit hippo. in eis que p̄missa sunt: ⁊ ꝓpter illud dicit de eis: Quia oīa sūt significatiōes male piculoſe ſm semitā: in qua significat sup res naturales. q̄dam eīz eor sunt plus in illo: ⁊ quedam eor min⁹. Oportet ergo nūc vt inqram⁹ cās: a q̄b⁹ accidūt ſz sentētiā hippo. Dico ergo q⁹ oculi fugiūt a lumine ꝓpter debilitatē virtutis visibilis: ⁊ debilitas hui⁹ virtutis fit in q̄busdaz horis ꝓpter debilitatē instruīti eius: sicut illud q̄ accidit in ophtalmia: ⁊ forsan debilitaī p̄ter q⁹ eueniat in instrumētis nocumētū horribile ⁊ q̄ est debilitas eius ꝓpter hanc cāz est illud significatio q⁹ est mortal. ⁊ simil⁹ etiā q̄ lachrymat: naz si fuerit ille lachrime ꝓpter ophtalmiā que accidit in eis: aut ꝓpē materiā que descēdit ad eos ex capite: tūc illud erit ſm diuersitatē cursus natural: ⁊ nō significabūt mortem ꝓculdubio. sed si fuerit ꝓpter debilitatē virtutis: significabunt mortē ⁊ pniciē. Tortuositas vō oculor accidit in eis a spasmo lacertor mouētiū eos: ⁊ q̄ fuerit hec causa in lacertis mouētib⁹ oculos tuī: nō significabit illud rem malā: ⁊ q̄ fuerit ꝓpter cām hor neruor que veniūt ad oculos ⁊ ad cerebrū: tūc illud erit significatio pniciei in vltimo. q̄ est: q⁹ lacerti ꝓpinqui cerebro vehemētius sentiūt egritudinē accidētez in eo: ⁊ ante oēs lacertos. Sor tasse enīz accidit hec causa in lacertis oculor: quos dixit hippo. in hoc sermōe: ⁊ fortasse accidit in lacertis tēporū in q̄bus locutus fuit hippo. in libro iūcturar: Et diminutio vnius oculor ab altero cū diuersitate cursus naturalis est accidēs pniciosuz. q̄ est: quia significat mortē virtutis regētis oculos. Rubificatō aūt albor ipor: sicut illa que accidit in ophtalmia: ⁊ ebrijs significat repletiōez cerebri ⁊ meatuū eius: ⁊ multotiēs apostema caliduz: q̄ accidit in istis mēbris. q̄ est: quia effusio sanguinis ad venas que sunt in oculi: ꝓpē quā vident alba eaz rubea: ⁊ est pāniculus ortinēs partē oculi: q̄ nolat cornea: non fit nisi ab istis duab⁹ causis. l. repletōe cerebri: aut ab apostemate calido. Et ego q̄dem iam oīdi in libro meo de anatomia: q⁹ iste pāniculus ligat omēs alios pāniculos qui sunt in oculo: ⁊ ostēdi iter q⁹ extremitas asimach. i. neruī obtici aduēit huic loco ab oculo: cū eo q⁹ ē in eo ō venis. Et iam ostendit hippo. ostēsiōe mānifesta quid intellexit per sermonē suū: Aut rubent alba eor: illas venas in eis que scripsit post illud: naz ipse dixit: Aut si fuerint in eis vene fusce: aut nigre. ⁊ hoc q̄dem accidēs ꝓculdubio est pniciosuz. q̄ est: quia vene que sunt in oculis apparēt rubee: aut ꝓpter repletionē sicut dixi: aut ꝓpter apostema caliduī in cerebro. Sed fuscitas ⁊ nigredo accidūt in oculis q̄ infrigidantur: ⁊ non infrigidant nisi q̄ accidit eis mors: ⁊ ꝓpter illud isti colores semp significāt pniciem. Liptitudo aūt accidit sicut iam sciuisti pp cām in instris que sunt in oculis: sicut illud q̄ accidit in ophtalmia: ⁊ in egritudinib⁹ alijs ex egritudinib⁹ oculi: ⁊ nō significat illud timorē. ⁊ accidit etiā illud pp debilitatez vtutis naturalē regētis: q̄ nō pōt digerē cibū qui venit ad oculuz. q̄ est: q⁹ nos oīdim⁹ q⁹ lippitudo ē superfluitas cibi: cui⁹ digestio ñ rectificat. vel neōe est ne sit possibile in egritudinib⁹ ophtalmie vt rectificet digestio cibi q̄ vēit ad oculū: pp multitudinē hūiditat] effuse ad oculos ecōtrario cursus nālis: ⁊ pp egritudinē accītez in instro oculi. verūtn̄ q̄ est minutio nutrimēti ⁊ p̄uatio ei⁹ mānifesta: significatio illi⁹ est submersio oculor: ⁊ tūc iam destruit. vlo vt sit cā in b̄ ut accidat lippitudo multitudo hūiditat]: ⁊ fmāet vt sit cū illo debilitas vtutis tuī. ⁊ nō sit illa ꝺbilitas parua: imo multa valde: ita vt nō sit possibile vtuti cibū digerere q̄ ꝓuenit ad oculū ſm vehemētiā paruitatis ei⁹. Oculi aūt agitati sūt quor mot⁹ ē sp. significāt aūt aut maniā aut tremorē lacertor oculos mouētiū. ⁊ ista duo accītia simul q̄ accidūt in huiusmōi egritudine: in q̄ est fmo nr: significāt pniciē. q̄ ē: q⁹ mania q̄ est euent⁹ eius pp puatoēz hūiditat] est mala valde. Tremor etiā accidit pp siccitatē humor: q̄ ñ bñt mūdificatiōez oīo. ⁊ hippo. q̄dē vituperauit oculos eminētes ⁊ submersos valde. verūtn̄ oculi eminētia q̄nq̄ fit in p̄ncipio egritudis: ⁊ ꝓpē in eo q̄ vomit pp cibū multū quē assumpsit: aut vinū multū q̄ bibit. Profūdatō vo valde ñ accidit in p̄ncipio egritudis. ⁊ pp illō ñ dixit hippo. aliq̄ hor duor in p̄ncipio fmōis tui: q̄ dixit nasuz acutū ⁊ oculos submersos: ⁊ ñ dimisit dicē oculos eminētes: in fmōe suo p̄mo: nisi q̄n ipi ñ videt cū hac dispōe in facie signāte mortē. q̄ ē: q⁹ impossibile ē vt sint eminētes oculi sit ⁊ submersi. valde vo submersos p̄termisit dicē: q̄n illō nō accidit in oculi in p̄ncipio. At de hippo. quidā existimāt in b̄ q⁹ dixit: eminētia oculor q⁹ sit ꝺzi⁹ ei in illo q⁹ ꝓcessit de fmōe suo. q̄ est: q⁹ q̄n añcessit ⁊ locut⁹ ē in facie significāte mortē q⁹ nasus ei⁹ sit acut⁹ ⁊ oculi submersi: voluit vt rediret ⁊ discernet illō: ⁊ nūerauit illō cū significatōib⁹ q̄ appēt post diē tertiū. deinde p̄parat in fmōe suo: Aut fuerint eminētes. At ego exponā q̄d videt ee illō q̄ intēdit in b̄ fmōe suo: post q̄z postero totū fmonēi⁹ ſm hūc ordinē. l. Si egritudo trāsierit tres dies: ⁊ fuerit facies cū hac dispōe: tūc opz vt q̄ras de reb⁹ q̄s p̄misi tibi in q̄e de eis. ⁊ ꝺsidera reliq̄s significatōes in toto corpe ⁊ in oculis. ⁊ significatōes q̄ apparēt in oculi sunt vt fugiāt a lumīe: aut lachrymāt: aut torq̄nt aut minoret vn⁹ ab alio: aut videāt alba eor rubea: aut sūt in eis vene nigre ⁊ fusce: aut appeat in eis lippitudo: aut agitēt: aut sint eminētes: aut submersi valde: aut color faciei toti⁹ cū illo ēt sit mutat⁹. Iste nāq̄ significationes oēs sūt male ⁊ pnicioſe: ⁊ ñ vidi illō nisi ī facie q̄z dixim⁹. Scias g̃ q⁹ est significatio magna sup mortē. fm g̃ hāc intētōez vr̄ mihi q⁹ hippo. nūerauit cū significatōib⁹ q̄s possibile ē appere in facie significāte mortē eminētiā oculor: q̄z̄uis impossibile sit vt accidat illō in ea: q̄n hippo. nō intēdit distīguē accītia q̄ accidūt in facie significāte mortē tuī: ſz distīguit ēt significatōes significātes pniciē: q̄ appēt in facie. ⁊ pp illō dico q⁹ q̄z̄uis sit impossibile vt accidat ī facie significāte mortē aliq̄ hor accītiū q̄ dixit: ⁊ nō illō tuī: imo plima eor. nō ē fmo hippo. ꝺdicēd⁹: q̄n intētō ei⁹ ē vt loq̄t in oīb⁹ significatōib⁹ mal. At tu q̄dez recte potes scire q⁹ ipe ꝓcte inuēit: sic dixit in fmōe suo. l. At ñ ē tibi possibile adhuc ut significes cū illo p reliq̄s significatōes ſz hūc modū: ⁊ vnūquodq̄ hor accītiū q̄ dixit sūt vl̄r: aut ñ appeāt ī p̄n⁹ egritudis: aut si appēt nō significēt ꝓculdubio pniciē: naz si tu ꝺsideres vnūquodq̄ hor p se: inuēies hūc fmōez in fine certitudis. Iude ē q⁹ accidit multotiēs vt fugiāt oculi a lumīe in p̄n⁹ egritudis

ꝓpter mltitudinē vini: ⁊ etiā ꝓpter vehemētiā vomitus ⁊ similiter eriā qñq; accidit vt lachrymētur ⁊ torqueantur: ⁊ emineāt aut rubeāt vene que sunt in eis: sed mutatio venaꝝ que fit in eis ad fuscedinem vel ad nigredinē: non accidit eis in p̄ncipio egritudinis: neq; submergunt oculi in p̄incipio. s. submersiōe vehemēti: neq; accidit in eis lippitudo: sed sunt necessarij ad minus tres dies aut quattuor. 14

OPortz etiā uidere quid de oculis in somno uideaꝫ. si enim sola alba uideãtur subclusis palpebris: nec solutio aut per se aut per catarticū p̄cesserit: neq; ex consuetudine hoc euenerit: mortis signa timebis.

OPortet autez ut consideres illud quod apparz de interioribus oculoꝝ in hora somni: naz si apparet aliqd ex albis eoꝝ palpebris subclusis: deinde non fuerit illud a solutiõe: aut potu medicine: ⁊ non fuerit in eo de cõsuetudine eius ut dormiãt eius oculi cuz illa dispositione: tunc illud est significatio pernicioſa ualde.

Iam exposuit hippo. sermonē suuz. s. qõ apparet de interioribus oculoꝝ in hora somni in sermõe suo. s. si apparet aliqd ex albis eoꝝ palpebris subclausis. ⁊ addit in certitudine huius sermõis sermonē suum scilicz; deinde non fit illud a solutiõe: aut a potu medicine solutiue. Et oportz quidē etiam vt nos ad illud addamus: aut similiter a causa alia: cuius virtus fit hec virtus. Et ego quidē sum aggregans intētionē huius sermonis in sūma vna. Dico ergo q; hoc accidēs accidit a debilitate virtutis mouētis palpebrā: ⁊ est interficiēs si non fuerit euentus eius a quibusdā causis extrinsecis: sed indigent cause extrinsece in faciēdo venire hoc accidēs vt cõsecute fint de vehemētia virtutis sue vt ꝑsternāt virtutem ⁊ mollificāt eam: sicut solutio vel diaria: ⁊ potio medicine solutiue: ⁊ tediū: ⁊ angustia vehemēs: ⁊ vigilie: ⁊ priuatio cibi: ⁊ ꝓcessio sanguis supfluꝰ: ⁊ relique euacuationes p̄ceãtes q̄titatem equalem. Sup illud aūt qõ paulo ante dixi: q; hippo. intētio est vt numeret oēs egritudines pniciosas: exceptis illis que in facie apparēt tantuz: significauit cum expositõe in hoc sermone: vbi dixit: Deinde non fuerit illud a solutiõe: aut a potu medicine solutiue. qõ est: quia antecessit ⁊ excepit in sermone suo in facie significāte mortez: vbi dixit: Aut lenitur vēter eiꝰ lenitate vehemēti. Sermo eiz eius Lenit vēter eius: cõis est solutiõi ⁊ fluxui vētris: qui fit a medicine solutiue potu. verūtamē in hoc sermone qū incipit inceptiõe secūda cuz determinatõe accidētium pnecātium addidit vnicuiq; exceptionē: que oportet vt excipiaꝫ in eo: ergo necessario facit illud. 15

ET si palpebre inuerse fuerint: aut aliuide sine labra similiter fuerint liuida: aut nares distorte: his signis siue solis: siue cum p̄dictis mortem ꝓnamiudicabis.

ET si palpebre inuerse fuerint: aut fusce: aut liuide: aut fuerint labia ⁊ nasus cum illa dispositione cum q̄buldam illoꝝ signoꝝ reliquoꝝ: tunc oportet ut scias q; infirmꝰ est ꝓpiquꝰ morti.

IN pluribus quidem scripturis fm hoc inuenitur inceptio huius sermonis scripta: ⁊ inuenitur etiaz in quibusdā eoꝝ loco inuersaꝝ spasmate. ⁊ illud quod significat hec dictio. s. spasmate est cõtractio: sicut quod accidit membris illis quibus aduenit frigus: ⁊ illud quidē accidēs significat mortē membroꝝ: aut frigus ipoz ⁊ similiter etiā liuiditas. Inuersatio aūt palpebraꝝ significat spasmū: aut molliciē vnius duoꝝ lacertoꝝ q̄ coopiunt oculos: ⁊ ambe ille egritudines interficiūt infirmuz: q̄ reliqua signa significāt simile illiꝰ. Et significauit sup hoc hippo. in sermõe suo cuz quibusdā illoꝝ signoꝝ que dixit q; nõ sufficit solū in significatiõibꝰ sup mortē. 16

BOnum est egrū inuenire iacentez in latere dextro aut sinistro: ⁊ manus ⁊ pedes ⁊ ceruicē nõ ut in spasmo distensa: ⁊ totuz corpus in sua positiõe flexibile ⁊ mime rigiduz: que habitudo sanis est familiaris ⁊ amica: ⁊ iacere in modum sani est melius.

ET oportet ut inueniat medicꝰ infirmū iacētez sup unum lateꝝ suoꝝ scilicz; dextrū uel sinistrū: ⁊ manꝰ eius ⁊ pedes ⁊ ceruicē flexibiles parū: ⁊ corpus eius totum in sua p̄paratiõe humidum: quoniã plures sani non iacent in somno nisi cum hac dispostiõe. ⁊ laudabiliꝰ quidem decubitus est qui sanoꝝ decubitui est similis magis.

SErmo iste est significatio q; hippo. determinauit in isto suo sermõe: in cuius via sumus signa pnitiosa. qõ est: quia tu inuenis eum in hoc sermõe narrare signa que apparēt in toto corpore: ⁊ nõ incepit in illo inceptiõe secunda: sed cõtinauit illud cum eo qõ p̄cessit de sermone suo. qõ est: quia p̄cessit: ⁊ dixit in sermone suo In facie: significāte mortē: quia oportet vt cõsideres reliquas significatões in corpore toto: ⁊ in oculis. Et numerauit post illas reliquas significatiões in corpore vnā cum vestigio alterius. sermo aūt eius iste: Et oportet vt inueniat medicus infirmū in hora qua ingrediē sup eum iacētem sup vnuz duoꝝ lateꝝ eius: non sup dorsum ipsius: sicut qui habet molliciē: nõ fit nisi significatio laudabilis: qñ significat vehemētiā virtutis retinētis corpꝰ ⁊ figētis ipm cum lacertis: sicut significatio sup debilitatem virtutis huius est vt nõ inueniaꝫ infirmo esse possibile iacere sup unum lateꝝ suoꝝ. Et hippo. quidē intuens in sermone suo illo rem cõem in eo. s. sermo eius: Quoniaz plures sani nõ iacēt in sõno nisi cum hac dispõe. ⁊ manifestum est q; oportet vt inueniat infirmū medicꝰ iacentem fm hunc moduz in hora in qua ingreditur sup eum. oportz eiz vt intelligas illud ab eo q̄uis nõ dixerit illud.

quod est:quia nō absoluit sermonē suuz.ꝛ dixit:Et opoꝛ tet vt inueiat infirmū iacētem sup vnū duoꝝ suoꝝ lateꝝ: sed addidit ad illud remēoꝛationez medici. deinde dixit post illud:Et opoꝛtet vt sint manus ꝛ pedes ꝛ ceruix duplicata paꝝ. De ꝛsuetudie nāq; pluriū sanoꝝ ē vt iaceāt in sōno cū hac disposē. ꝛ q̄dē cōprehēdit p fmonē suū sicliczꝫ Plures sani rē aliā qua in ꝓnosticatōe fit iuuamtū: cōseruatōe cui⁹ indiges sp: q̄uis dimittat remēoꝛatiōez ei⁹ in aliq̄ hoꝛaꝝ.ꝛ est:q; qō ūn ei⁹ venis cū eo ē ꝓpuz vni cuiq̄ ifirmoꝝ fine alio. Nō g̃ oꝛ vt ponas ꝛsideratiōnez tuā ad id cōem.qō est:q; nō oꝛ qū vides ifirmū iacētē in sōno:sic de ꝛsuetudine pluriū sanoꝝ ē:vt laudes decubi/ tū ei⁹:ꝛ qn̄ tu vides decubitū ei⁹ diuersū ab illo:nō oꝛ vt tu vitupes ipꝫ:q̄uis sit significatio mala: imo inq̄re ꝛ cō sidera an de ꝛsuetudie ifirmi cucurrerit vt iaceat in sōno cū illa figura:nā si fuerit ita nō erit significatio vitupabil' Sermonē vo suū.s.coꝛp⁹ ei⁹ totū in ꝑparatōe sua būidū posuit ꝓp coꝛp⁹ extēsuz siccū. qō est:q; man⁹ ꝛ pedes oꝛ vt sint duplicabiles paꝝ: ꝛ toti⁹ coꝛpis etiā oꝛ vt sit decu bit⁹ fm būc modū.s.vt sit figura eius lōginqua ab extre mitatib⁹. Figure āt decubit⁹ trāseūtis eq̄litatē sūt in qb⁹ est totū coꝛp⁹ tēsum in vltio tēsiōis:ꝛ ille in qb⁹ man⁹ ꝛ pedes ꝛ os doꝛsi:cui⁹ pars sūt spōdiles colli:sūt duplica ta in fine duplicatōis. At figure quidē decubit⁹ trāseūtis eq̄litatez accidūt:qn̄ tēdūtur nerui tēsiōe vehemēti: sicut oñdaz in libꝛo meo de motib⁹ lacertoꝝ. Media aūt inē bas figuras egressas ab eq̄litate nō est extēsa penitus: ꝛ ꝓpter illud noīauit eam hippo.būidaz:qn̄ de aptitudie coꝛpoꝝ būidoꝝ nō est vt extēdanť. 17

Q Alia non est signū laudabile egrī supino coꝛpoꝛe iacere bꝛachijs rigidis ꝛ pedibus.

IAcere āt infirmū sup ceruicē suā cū tēsiōe manuū suaꝝ ꝛ pedū suo rū:ꝛ colli sui:est miꝛis laudis q̄z illud

Iste decubit⁹ nō pēit⁹ laudanť: ꝛ pp illud nō oꝛ vt dicať q; ē miꝛis laudis.qō eiz oio laudabile nō est:nō est neciuz vt dicať:q; ē miꝛis laudis. Et hippo.qdē significauit q; iste decubit⁹ nō est laudabil' oio in fmōe q̄ seq̄ť būc fmonē:ꝛ ē fmo ei⁹: si eugilaue/ rit ꝛ ꝺscēderit in lecto suo vsus pedes suos: tūc illud est deteri⁹. qō est:q; sermo in hoc decubitu q; ē deterioꝛ si/ gnificat q; decubit⁹ q̄ est ante est malus. Et mihi q̄dez vi deť q; iste spēs decubit⁹ sūt medie inter laudabilē ꝛ vitu/ pabilē:q; vtus eaꝝ nō est magna:neq; in significāda sani tate: neq; in significāda moꝛte: sed aut sunt medie inter istas spēs decubit⁹: aut declināt ad vnā duaꝝ extremita tū declinatōe parua:ita vt sit possibile ei q̄ loq̄ť in eis ser mone nō exq̄sito:vt cōparet eas cū duab⁹ extremitatib⁹ suis:sicut fecit hippo.in hoc loco in sermone suo.s.q; iste decubit⁹ ē miꝛis laudis q̄z decubit⁹ ꝑm⁹: ꝛ decubitus qui seq̄ť eū est deterioꝛ eo. Et oꝛ vt sis ꝺuās qō dixi.ꝛ est q; oꝛ vt ꝺsideres ne fit decubit⁹ infirmi sup collū suū cur rēs in ꝛsuetudine ei⁹:nā si fuerit res ita:ꝛ ifirm⁹ nō respe xerit medicū ingrediētē super eū:tūc nō erit rectū vt esti/ meť q; ille ꝺcubit⁹ sit meli⁹ inter laudabilē ꝛ vitupabilē sed oꝛ tūc vt ipm numeres in spēb⁹ decubit⁹ laudabil'.ꝛ si nō fuerit de ꝛsuetudine infirmi decūbere fm hāc figu/ ram:ꝛ fuerit honoꝛās medicuz qui ingredič sup eū vehe mētis verecūdie ex eo: tūc nō est significatio laudabil':ꝛ plus illo si infirm⁹ natura fuerit verecūdus:ꝛ ꝓp h̄ oꝛ vt dicať in hoc ꝺcubitu:q; ē medi⁹ inē laudabilē ꝛ vitupa/ bilē in seipo.eius aūt postremū declinat ad ꝺuas extrēi/ tates fm naturā infirmi. 18

ET si repente se a capite lecti ad pe des iactauerit: maluz non esse du bitabis.

Quod si euigilauerit:ꝛ precipitaue rit se a loco suo uersus pedes su os:illud est deteriꝰ.

Sicut decubit⁹ sup lat⁹ ꝛseqūtur aliquā opatiōnz simil'r etiā ꝛ decubit⁹ sup colluz:sicut iacēt oēs. ꝛ ꝓpē illud qn̄ ꝓpicis cadauer sup latus suū: cō uertit ꝓculdubio aut sup faciē suā:aut sup collū.ꝛ simili ter si figuraueris ipꝫ figura in qua tēdit ad supioꝛa:cadit ꝛ descēdit vsus pedes:ꝛ ꝑcipitatur. Necessario igiť dicit hippo.in hac significatōe quia est mala.qō est:q; signifi cat moꝛtē virtutis:que tolerat coꝛpus. 19

ET si pedes nudos:ꝛ tepidos inue neris:ꝛ inoꝛdinate cuz laboꝛe cer uicem atq; pedes iactauerit:pessimum est:ꝛ angustie signum.

Quod aũt oporteat ne sanies habeat odorẽ horribilẽ res in ea manifesta est. Quod est: qz odor vehemẽtis ferozis significat putrefactiõem non maturitatẽ. q̃ aũt oporteat vt sit color eius alb⁹: scies illud quãdo intellexeris qũo fit euent⁹ saniei: ⁊ declarabitur tibi illud ſm ordinẽ quẽ oñdi in libris aliis. Quod ẽ: quia exponere vnãquãq; rez in omni loco: nõ ẽ nisi alie natio: nõ quod scię. ⁊ res quidẽ quas oñdi in libꝛ aliis sunt iste. In libro quidẽ de virtutib⁹ naturalib⁹: oñdi q̃ vna virtutũ naturaliũ est virt⁹ immutatiua: qua digerit cibus in stomacho ⁊ epate: ⁊ cõuertit in epate ad sãguinẽ: ⁊ in stomacho ad humorẽ cõueniẽtẽ vt fiat sãguis: ⁊ q̃ vnũquodq; mẽbrorũ humorẽ qui appropiquat nature sue ad se cõuertit. Qz ẽ: quia digestio vltima fit per additõem nutriẽtis in nutrito: ⁊ assimilatõem ei⁹ cũ eo. Jam ergo manifestũ ẽ: quia indiget vt nutriat in spacio lõgo vnũquodq; mẽbrorũ. Et oñdim⁹ etiã in libro nr̃o de spmate: q̃ sanguis videt multotiẽs in venis ex quib⁹ nutrit homo antecedere: ⁊ recipe quãdã mutatiõem ad generatõem spmatis. Qz ẽ: qz nõ ẽ rectũ vt tunice venarũ nutriant ex aliquo nisi ex sanguine hoc. Quidã autez medicorũ nominãt hãc humiditatẽ noie derivato a nomine spmatis: ⁊ ꝓpe qui ponũt nomẽ spmatis derivatũ ex colore suo: nõ ex subã sua. Et ego quidẽ iam oñdi in libro meo de grossitudine extra naturã: q̃ apostemata fiũt ab effusiõe sanguis ad loca apostemosa: donec impleat venas in ꝓncipio rei ⁊ extẽdat eas: deide post illõ puenit ex venis ad loca vacua: que sunt in circuitu earũ in vnoquoq; mẽbrorũ: ⁊ illa loca multa sunt ⁊ subtilia: ⁊ ego iam oñdi illud in libro meo de malicia cõplexiõis diuerse. Et q̃n ille sanguis spſus in mẽbris apostemosis diuisis in ptes puas iam egressus ẽ ab instrumẽtis per q̃ cõprehẽdit ipm natura: nõ ẽ possibile in eo vt redeat ad nãm suã ꝓpam: sed cõuertit ⁊ putrescit: sicut omẽs res q̃ calefiũt calefactõe vehemẽti in loco nõ suo. q̃ si caliditas innata egredit ab equalitate sua naturali egressiõe multa putrescit sanguis: sicut putrescit in corpibus mortuorũ. Et si virt⁹ ei⁹ fuerit adhuc remanẽs: accidit sanguini dispõ cõposita ex dispositõe extra nãm: ⁊ ex dispositione naturali: quare putrescit ps eius ꝓpter dispositiõez innãlẽ: ⁊ quecũq; harũ duarũ dispõnũ vicit: tũc significatiões opatõis eius sunt magis vincẽtes in colore: odore: ⁊ substãtia. Ex his ergo rebus quas dixi in libris aliis possibile ẽ vt fit alteratio sanguis conuersi ad saniẽ alteratio laudabilis. In ꝑmis vero non putrescit: sed recipit maturatõem: sed secũdo appet in eo aliqd putrefactiõis egresse a natura. Verũtñ illud ẽ parũ: sicut dixit hippo. Nõ hñs odorẽ horribilẽ. Et necesse cum illo ẽ etiã vt sit color ei⁹ similis spmati: ergo erit albus. verũ albedo eius nõ est pura: sicut ẽ albedo niuis. qõ est: quia natura ponit spma simile mẽbris radicalib⁹ similitudine pura. Sanies vero assimilat coloꝛi mẽbrorũ radicaliũ assimilatione mutabili: q̃n cause faciẽti spma nõ cõmiscet dispositio extra nãm. In sanie aũt nõ ẽ ꝑmixtio dispõis extra nãm cũ causa faciẽte eam semp sicut dixi equalis. Verũ ꝑmiscet ei ꝓcul dubio: quãdo sanguis iã exiuit ab instrumẽtis suis naturalib⁹: ⁊ hec quidẽ ẽ causa que ponit colorez spmatis ⁊ saniei albũ. quod ẽ: quia sanies assimilat mẽbris radicalib⁹: ⁊ sunt tunice venarũ: ⁊ nerui: ⁊ ligamẽta: ⁊ pãniculi: ⁊ cartillagines. Et causa iterũ in sedimine albo quod resident in vrina: ẽ illa eadẽ causa. quod ẽ: quia euẽtus eius ẽ simlis euẽtui saniei: q̃n est medium inter saniẽ ⁊ humores naturales. quod est: quia res que refugit naturã vt operet in ea: ex cibo apud cõuersiõem suam ad sanguinẽ resident in vrina: nõ ergo alterat ab ea ⁊ fit sanguis. neq; enim est sicut sanies: cause cuius faciẽti ipam permixta ẽ dispositio extra naturã.

Explicit pars prima ꝓnosticoꝝ.

Incipit secunda.

I.

Odnis hydrops in acuta egritudie: malum. Infestat enim febre: grauedine: et dolore. Consurgit autem ex lumbis ⁊ ilijs ⁊ epate.

Hydrops quidez que fit ex egritudiib⁹ acutis omnis est mala. Quod est: quia habẽs eam nõ euadit a febre uehemẽti: ⁊ dolet dolore uehemẽti: ⁊ moritur. ⁊ plurimũ qdẽ incipit ex ilijs ⁊ lumbis: ⁊ ẽ ex ea que incipit ab epate.

In ꝓncipio quidẽ hui⁹ libri dixit hippo. Et oportet vt ponas ꝯsideratiõnẽ tuã in egritudinib⁹ acutis ſm hanc viã: Cõsidera in ꝓmissis faciez ifirmi. Dixerũt q̃ quidã: Causa illi⁹ est: qz ſmo ei⁹ nõ est in facie significãte mortẽ in egritudinib⁹ acut[is] tñ: sed sup facie significãte mortẽ in oib⁹ egritudinib⁹. Ipsi vo nõ legerũt qõ dixit i fine libri sui: vbi dixit: Et ſmo me⁹ non ẽ nisi i egritudib⁹ acutis: ⁊ que generant ex eis. ⁊ q̃ ipse dixit etiã in aꝑib⁹: significat illud q̃n non posuit ſmonẽ suũ in illis q̃ ex eis erunt in die vigesima tñ: ſz i illis q̃ extendunt vsq; in diẽ xxx. ⁊ diem. xl. ⁊ diẽ. lx. Et dixit iterz in egritudinib⁹ añ illud q̃ extendunt vsq; ad diẽ. xl. hũc ſmonẽ: Et esse antẽ bonitatis anhelit⁹ oz vt sciat qz cũ ea est virt⁹ magna valde significatiõib⁹ salut[is] in oib⁹ egritudinib⁹ acut[is] q̃ sunt cũ febre: ⁊ i quib⁹ venit crisis in. xl. die⁹. In hoc aũt loco oñdit ostensiõe manifesta qz ſmo ei⁹ non ẽ in oib⁹ ſpẽb⁹ hydropis: sed in illa q̃ fit in egritudinib⁹ acutis tñ. Deinde loquit post illud i illis q̃ spuũt saniez ⁊ sanguinẽ: ⁊ in hẽtib⁹ ptisim. ⁊ loquit etiã in febrib⁹ quartanis. ⁊ dẽs homines dixerũt q̃ ille febres fiũt ex egritudinib⁹ ch: oniacis. Qz aũt dixit i hoc loco est h̃ inqr: Et acutis egritudinibus omis hydrops que fit est mala. Qz est: quia habens eam non euadit a febre vehemẽti: ⁊ permanet dolens dolore vehemẽti. deinde narrauit etiã esse eius. i. generationẽ eius q̃ dixit Epar noie suo: ⁊ dixit oia membra que sũt in locis vacuis noie cõi: ⁊ illa mẽbra sunt intestinũ ieiunũ: ⁊ mesaraice vene: ⁊ intestina gracilia: quia non itellexit ꝑ sermonẽ suum loca vacua nisi membra q̃ sunt ſub costis iter membra pectoris ⁊ inter os femoris: q̃n quãdo comparas hunc locũ cum locis que sunt altioꝛa eo: ⁊ locis que sunt inferioꝛa eo: sup que vincentia sunt ossa inuenis eaz vacuũ. ⁊ totus h̃ loc⁹ etiam inuenitur lenis: quia homo nõ suscepit ex ꝓmo cibos nr̃os ⁊ potus. Et simile etiã est q̃ verificatoꝛ non significauit ꝑ sermonẽ suuz lenem nisi hunc locũ. Et vniuersaliter quidẽ oĩs spẽs hydropisis ꝓuenit a nocumẽto accidẽte in virtute generatiua sanguis: q̃n deficit ab illo operez ⁊

deest ei ꝓplemētuꝫ ei⁹. ⁊ sicut cibaria recipiunt digōnez in stomacho: similr in epate ⁊ venis. ⁊ sicut in virtute di gestiua stomachi nocumētū accidēs fortasse est paruū: ⁊ fortasse est magnū: ⁊ similiter ⁊ in epate. ⁊ fortasse no cumētū accidēs in epate est ex causa in eo: ⁊ similiē etiā in stomacho. ⁊ fortasse est ꝓpter cōitatē eius cum alijs membris in egritudine. Et manifestū est ꝙ omia mēbra que dolēt: quedā dolēt ꝓpter nocumētū qō ꝓpter se ac cidit eis: illud aut ꝓpter vicinitatē ⁊ ꝓpīquitatē alioꝝ adinuicē: aut qm̄ inter ea est cōitas magna in neruis et venis. Nam epar cōtinuaf cum renib⁹ ⁊ splene ⁊ stoma cho ⁊ intestinis per venas magnas: ⁊ ꝓpīquitas ei⁹ itez cum istis mēbris est ꝓpīquitas: qua quedā eoꝝ contin gūt alia ab epate: ⁊ appꝛopīquāt quedā eoꝝ tactui eius Verū hippo. nō dixit: splenē hoc loco: qm̄ sermo ei⁹ nō est nisi in egritudinib⁹ acutis. ⁊ nos quidē inuenim⁹ epar quādo in hoc mēbro accidit apostema ꝓpter egritudi nez chꝛonicā cōicare ei in dolore. accidit ergo ab eo me diatōe ipsi⁹ hydropisis cōprehendēs totū corpus. Et di xit hippo. mēbra que sunt in locis vacuis vētris: ⁊ nar rauit species hydropisis accītis ab eis in h⁹ sermone. 2

C Onsurgēs ex lūbis ⁊ ilijs significa taf ex pedū inflatiōe: ⁊ diuturna uētris effusiōe: nō tamen cum defectu doloꝛis: seu uētris tumoꝛis.

In quo itaqꝫ incipit hydropisis ex ilijs ⁊ lumbis: pedes eius apo stemātur: ⁊ accidit ei fluxus uentris: ⁊ permanet cum eo spacio longo: ⁊ non resoluūtur per ipsum doloꝛes quos in uenit in ilijs suis ⁊ lumbis suis: nec de tumescit uēter eius.

Apostematio pedū est res q̄ cōicat oīb⁹ speciēb⁹ hydropisis a causa accidēte in epate: ⁊ accidit ei itez cui accidit hydropis ꝓpter splenē: ⁊ vniuer saliē oī cui accidit hydropisis. Fluxꝰ aūt ventris ē accīs qō est ꝓpīū hydropisi q̄ incipit ex ilijs: qm̄ accidit ī inte stino ieiuno: aut guedeguil apostema. qō ē: qꝛ debilitas in eo cui accidit hec spēs hydropis: nō accidit ꝓpie nisi in venis qb⁹ epar trahit cibū. ⁊ sunt vene q̄ sūt guedeguil .i. mesaraice. Qum g̃ accidit in eis illud nō seruiūt epati necꝫ penetrat ad ipm cib⁹: quare remanet ī intestino ie iuno: ⁊ ī intestinis minutis. ⁊ qm̄ sūt ista mēbra debilia: rioꝛa: quare fit illud causa vt accidat fluxꝰ ventris. Et di gnū est quidē etiā vt cib⁹ coꝛꝛumpaf in habētib⁹ hāc dis positiōez: ⁊ ouertaf ad cholerā ꝓpter caliditatē mēbroꝝ apostematoꝝ apate calido. ⁊ qm̄ ꝺtingit illud: accidit in intestinis moꝛdicatio vehemēs: excitans ea semp ad ex pellendū qō in eis est retentū: quare fit illud etiā secūda causa ad hoc vt eueniat fluxꝰ ventris. Necessario g̃ dixit hippo. ꝙ ille fluxꝰ ventris nō sedat doloꝛē neqꝫ detume nez itez ꝙ cum fluxu vētris qui accidit eis ē dolor: ⁊ ꝙ venter eoꝝ tot⁹ est apostemat⁹ ⁊ inflatus. quod ē: qꝛ euē tus doloris in eis oꝛ necessario vt sit ꝓpter apostema ca lidū. ⁊ ꝓpter moꝛdicationē. Spatio aūt ventr ⁊ ei⁹ infla tio oꝛtet vt eueniant neērio: qm̄ intestina implenf vē to inflatiuo: ⁊ euētus h⁹ ventositat interi⁹ est necessari⁹: ꝓpter destructionē digestiōis. Causa aūt fixionis vēto sitatis ī ventre est debilitas virtutis expulsiue: que est in intestinis. 3

C Ūius uero ex epate est oꝛigo: fit cum tussicula: nec ꝓjcīūt quicqꝫ ⁊ tumēt pedes: nec egerūt nisi modicū ⁊ cum angustia: ⁊ circa uētrez fiūt apo stemata nō cōtinue extra manātia: sed qñqꝫ ueluti fugientia.

In hydropisi aūt q̄ fit ex epate ac cidit hīti cam ut ꝓuocet seipꝫ ad tussiendū: ꝓter ꝙ expuat aliqd de quo sit curandū: ⁊ apostemanf pedes ei⁹: ⁊ nō soluitur uēter eius: ⁊ nō egredif ex eo nisi res dura sicca cuꝫ uiolētia: ⁊ accidūt in uētre eius apostemata: ⁊ q̄dam apparēt qñqꝫ in latere dextro: ⁊ q̄dā ī latere sinistro: deinde uero nō moꝛanf quin quiescant.

Per sermonē suū ꝓuocat seipsuꝫ ad tussiendū: vult appetitū ⁊ desideriū ad tussiendū: quod est qꝛ hīs hanc egritudinē desiderat tussire: ⁊ accī dit ei moꝛdicatio: q̄ ꝓuocat ipm ad hoc. Qum g̃ incipit tussire abstinet a tussi: ⁊ nō incipit cū ea nisi experiaf iu uamentū eius tiñ. quod ē: qꝛ apa epat tangens diaphra gma ꝺstringit pulmonē. Accidit g̃ in eo simile ꝺstrictōi accidēti in ipso quando apostemaf: ꝓpter mām descen dentē ad ipm a capite. Qum g̃ accidit illud desiderat ifir m⁹ ⁊ monetur ad tussiendū: sperans ex ea euacuare rez le dentē: ⁊ dilatare ꝓ ipsuꝫ ꝺstrictionē accidentē in via an helitus. Qum g̃ incipit tussire abstinet statim ab ea: quo niā intelligit egritudinē suam sm veritatē quꝫ experit il lud: ⁊ certificat in seipso ꝙ spes ei⁹ est vana. ⁊ qñqꝫ com mouet nā etiaꝫ tussim: vt aperiat ꝓ ipsam opilationē ac cidentē in pulmone: cuius nō velit homo tussire: qre ac cidit inde multotiens vt sit difficile tolerare ipsā ⁊ ꝓhi bere eā. In huiusmōi aūt egritudine qum īcipit infirm⁹ tussire ⁊ non iuuaf ꝓ eam: ⁊ sentit ꝙ virt⁹ naturaf non iuuat ipm ad illud: abstinet statim a tussi. ꝓpter hanc g̃ cām accidit ei vt ꝓuocet seipsuꝫ ad tussiendū. qum g̃ īci pit tussire abstiet ab illa velocit: qm̄ nō expuit aliqd cui sit q̄titas: sed hūiditatē subtilē aquosā sicut spuma q̄ ve nit ad cannā pulmonis ex venis: in quib⁹ sanguis aquo sus est recept⁹. Nec ē g̃ differētia inf hydropisiz acciden tem cā epatis: ⁊ inter spēs hydropis: quaꝫ rememoratio ꝓcessit. Et inter eas itez est dīa alia in multitudie sup fluitatū descendentiū inferi⁹: ⁊ paucitate earundē. qō est: qꝛ cuius intestina sunt infirma. aut guedeguil .i. mesa raice q̄ sunt inter ea ⁊ iter epar: accidit ei fluxꝰ ventr. quꝫ vo aduenit hydropis causa epat: ista mēbra non habēt egritudinē: ⁊ cib⁹ eius non coꝛꝛumpit neqꝫ grauat sup h⁹ membra ꝓpter virtutē eoꝝ. Non g̃ accidit ei fluxꝰ ventr sed fex cibi moraf in coꝛpoꝛe eius: ⁊ pars eius puēit vsqꝫ ad locum itra sipbac: quod ē sup ventrez: ⁊ pars ei⁹ expi rat: ⁊ resoluit ꝓpter suam adustionē ⁊ decoctionē sui ex apostemate calido qō est in epate. ⁊ cut eoꝝ inueniē eti am mollis: lenis: quoniā nutrimentū eius ē ex sanguine aquoso subtili. Qum g̃ premis sup eam digito tuo: rece dit ab eo statiꝫ: deinde non moraf q̄n redeat ad dispōnez

suam primã: ⁊ nõ est de aptitudine ipsius q accidat ab ipso pncipio euẽtus hydropisis. Sed ⁊ pedes in primis apostemiañ ꝑpter vehemẽtẽ longitudinẽ ipsoꝝ a membris multe caliditatis. Cum ergo plongañ spaciũ illi⁹ accidit apostema in toto vẽtre: ita q qñ preseris sup cutẽ ei⁹ digito pfundeñ ille loc⁹ ⁊ cedat: deinde nõ mozeñ nisi parũ donec redeat ad dispõem suã pmã: ⁊ ille est sermo hipp. Et fiũt in vẽtre apostemata qñq: deide nõ mozãñ ḡn ḡescãt. Et possibile quidẽ est q nõ voluit ꝑ sermonẽ suũ istũ q illud accidat in pncipio hoꝝ apostematũ: ni si qñ in pncipio sui esse multotiẽs ḡescũt: ita vt estimeñ q ipsa iam quiescãt penit⁹ ⁊ resoluũtur: deinde post illõ redeũt ⁊ accidũt: deinde nõ mozañ etiã ḡn quiescãt: deinde redeũt ⁊ accidũt: qum ergo extendiñ tẽp⁹ mozãñ pre ter q quiescant. Et differẽtia quidẽ inter ista apostemata: ⁊ inter apostemata que dirim⁹ accidere ei cui aduẽit hydropisis causa iliozũ est: ḋa quãdo compmis super ea cũ digito tuo cedũt sub eo ⁊ descendũt. Et causa in illo est: quia natura eozũ est pblegmatica viscosa: sicut illa apostemata. 4

e Et si caput ⁊ plante pedum ⁊ uole manuũ frigide fuerint: uenter uero ⁊ latera ⁊ mandibule caluerint: malum est.

e Et quz fuerit pedes ⁊ caput ⁊ plãte manuũ frigida: ⁊ uenter ⁊ latera calida: tũc illud malũ est.

In egritudinib⁹ quidẽ chronicis ⁊ ꝑpe in hyeme ⁊ in corpib⁹ decrepitozũ non est mirũ si infrigidañ extrema corpozũ nõ in pncipio periodoꝝ febziuz tñ: sed in spacio moze earũ: ⁊ qñ ipa per naturã sunt pauce carnis: ⁊ loca earũ sunt valde longi qua a loco viscerũ. verũtamẽ sermo hippo. in hoc libro nõ ẽ in egritudinib⁹ chronicis. Causa igiñ in frigore extremitatũ in egritudinib⁹ acutis fm plurimũ cõtraria ẽ cause faciẽti id in egritudinib⁹ chronicis. qõ est: ḋa euent⁹ hui⁹ accidentis in egritudinibus chronicis ẽ: qñ caliditas naturalis non puenit ad extrema ꝑpter debilitatẽ suam. In egritudinib⁹ vero acutis euent⁹ eius est: qñ qõ peruenit ad totũ corp⁹ ex sanguine est quãtitas parua ꝑpter magnitudinẽ apostematis calidi quod ẽ in viscerib⁹: ⁊ qõ est plurim⁹ sanguis retent⁹ in mẽbris apostematis: ⁊ ꝑpter illud mẽbra media corpis: ⁊ sunt pect⁹ ⁊ vẽter: inueniũtur vehemẽtioris caliditatis: qñ initiũ paroxismi in egritudinib⁹ acutis multotiẽs est cũ rigore ⁊ horripilatione: ⁊ nõ sunt extremitates corpis tñ frigide: sed etiã cutis que est super pect⁹ ⁊ ventrẽ totũ: verũtamẽ hmõi friditas nõ significat rem malã. Si aũt remanẽt pectoris partes ⁊ vẽtris calide: aut addiñ caliditas eaꝝ donec pertrãseat in illo earũ natura: ⁊ extremitates sunt fride: tũc est significatio super magnitudinẽ apostematis calidi quod ẽ in viscerib⁹: ⁊ dignũ est vt fit rectũ: ⁊ vt etiaz intelligaẽ ex sermone eius: ⁊ venter ⁊ duo latera calida: q caliditas harũ partũ est manifestioz ⁊ ẽ magis apparens qñ fuerit per nãm: ⁊ scim q febris quã greci noiant liparios: ⁊ ẽ illa in qua aggregaẽ in corpe caliditas ⁊ frigus simul: ẽ huius generis. 5

b Bonũ aũt est egꝝ ex toto calere: ⁊ mollem ⁊ suauẽ ꝓuenient esse.

e Et de meliozib⁹ reb⁹ est ut sit totũ corp⁹ calidũ lene fm equalitatẽ.

p Postq narrauit hippo. dispõnez egritudinũ: que sunt ĩ fine malicie. ſ. in qua inueniunt membra media esse calida: ⁊ extrema frida: post illõ narrauit ꝑpie ipsã dispõnez que ẽ melioz dispositionũ: ⁊ ẽ illa in q totum corp⁹ est calidũ ⁊ lene fm equalitatẽ. qõ est: qz fmo ei⁹ fm equalitatẽ cõicat his duob⁹ noib⁹ fil: scilz calidi ⁊ lenis. ⁊ inueniñ etiã corpozis caliditas i febzib⁹ adurentib⁹ equal. verũtamẽ corp⁹ in eis est extenuatũ ⁊ siccuz. Cum ḡ est calidũ lene fm equalitatẽ: significat q complexio eius ẽ melioz cõplexionũ. 6

b Bonũ est modeste ⁊ non laboziose ⁊ nõ repente eundez latera cõmutare: ⁊ si sibi leuis uideaẽ.

e Et oportet ut sit permutatio infirmi facilis: ⁊ quando ꝑmutaẽ corpus eius est leue.

Summa in oi ꝓnosticatiõe que ẽ sup illũ q morit ⁊ qui vivit: ẽ cõparatio iter fortitudinẽ egritudis: ⁊ virtutẽ infirmi. qñ ergo egritudo ẽ fortior: moziñ infirm⁹ ꝓcul dubio. ⁊ qñ est debilioz virtute infirmi non moziñ: dũmodo nõ cadit ĩ curatiõe ei⁹ error. Et hippo. quidẽ narrauit hanc summã in aphorismo cuius initiũ est: Et oportet vt cõpares inẽ virtutẽ infirmi ⁊ inter virtutẽ stat⁹ egritudis. hec nãq summa ẽ scia ꝓnosticatiõis. Et qñ genera virtutũ que fiũt in corpore sunt tria: que incipiũt ex trib⁹ pncipijs: ⁊ sunt cerebri: cor: ⁊ epar: factũ est q cognitio debilitat⁹ cuiusq eoꝝ ⁊ virtutis eoꝝ signficaẽ ex operatiõe cuiusq eoꝝ. Spes autem virtutũ sunt one: que ex cerebro ꝓcedũt. quod ẽ: q: ḋaz eaꝝ sunt ꝑparatiue: ⁊ sunt cogitatio ⁊ memoria. ⁊ ḋaz eaꝝ sunt fuientes vel mistrantes: ⁊ sunt ille q⁹ fit fletus ⁊ mot⁹. Operatio aũt virtutis q est ĩ corde ẽ opatio quã compleẽ pulsus venaꝝ pulsatiliũ. vez opationes virtutis que ẽ in epate sunt ille q complenẽ in hoꝛa generatiõis sanguinis ⁊ humoꝝ. Et qñ genera scie ꝓnosticatiõis sũt duo genera: tũc oz vt ꝟideres ⁊ aspicias in oi significatione quã narrauit hippo. cuiusq duoꝝ genez fiẽ oz vt facias nũc in fmone suo qõ oz: vt sit ꝑmutatio infirmi permutatio facil⁹: ⁊ qñ ꝑmutaẽ fit corp⁹ eius lene. qõ est: ḋa ista significatio significat vehementiã virtutis mouentis corp⁹ q voluntatẽ. Et non ẽ ḋia in hoc loco inter fmonẽ meuz voluntatẽ: ⁊ inter fmonẽ meuz velocitatẽ ⁊ electionẽ. Ingrediñ etiã in hoc genẽ illud qõ ipse dixit i decubitu ĩ eis q premissa sũt in fmone cuius initiũ ẽ: Et oz vt inueniat medic⁹ infirmũ iacentẽ sup latus dextrum aut finistz. qõ est: qz ego iam oñdi in hoc decubitu: ⁊ in decubitu q ꝺuertiñ ad supiora q vterq fit ab opatione lacertoꝝ. Et de ꝺsuetudine ḋez mea ẽ vt nominem hũc decubitũ noĩe deriuato ex vehemẽtia virtutis. ⁊ ego ḋez iam locut⁹ fui in eo fmone lõgo ĩ libro meo de motib⁹ lacertoꝝ. Et dixit etiã Dioclytes: q corpora aĩalium sũt cõposita ex deferẽte ⁊ ex delato: ⁊ q deferens ẽ virtus: ⁊ delatuz ẽ corp⁹: ⁊ sicut ille q defert pond⁹ aliq: fit motus eius difficilis: si graue ẽ ei. ⁊ si est leue illud pond⁹ fit motus ei⁹ ei facilis. Similr qñ virt⁹ fortis ẽ: fit ei facile deferre corp⁹: ⁊ nõ aduenit ei apud motũ suuz nocumentũ. ⁊ qñ est debilis grauat sup eaz. fit ergo difficile subleuare ⁊ deferre ipsum. 7

g Grauis uero si fuerit: man⁹ quoqꝫ ⁊ crura ponderosa: horrendũ.

Et qñ corp⁹ fuerit graue: ⁊ man⁹ ⁊ pedes graues sunt: tunc timor erit magis agmentat⁹.

Significatio infirmi super grauitatē membrorū suorū est: quādo conat⁹ motū cū volūtate: ⁊ grauitas cruriū declarat⁹ ei qñ conat⁹ surgere ⁊ ambulare: aut mouere ea: ⁊ ipe est iacens: simil⁹ ⁊ grauitas mor⁹ manuū declarat⁹ ei qñ conat⁹ cū eis aliq̄d retinere: aut proiicere cū manu sua: aut ponere eas: aut pmutare eas de loco ad locū. ⁊ simil⁹ grauitas colli ⁊ reliquar⁹ pmutare eas ex dispōne ad dispōem. Grauitas aūt membrorum est ex maiorib⁹ significatōib⁹ significatib⁹ debilitatē virtutis ⁊ nobiliorib⁹ earū. verūtñ illud nō est significatio sup debilitatē virtutū omniū: sicut dixi in eis que sunt premissa: sed super debilitatē virtutis que est in neruis ⁊ lacertis trū. 8

Quod si liuor admixtus uiridi: unguib⁹ digitisq; affuerit: mortē aduentare nō dubitabis.

Et si cū grauitate fuerit pallor trahens ad uiriditatē in unguib⁹ ⁊ digitis: tūc mors in primo descēdet.

Dixim⁹ oñdi in alijs locis quō fit destructio vtutū regentiū corp⁹ simul. nā dū vna earū pmanet fixa: tūc corp⁹ remanet sm dispōem suā. pculdubio. Verū hippo. postq̄z narrauit significatōes q̄ significant resolutōem virtutis mouētis lacertos ⁊ casum ei⁹ addidit ad illud significatiōes alias significātes destructionē virtutis alteri⁹. Nō est: quia pallor unguiū ⁊ digitorū qui trahit ad viriditatē: significat extinctōem vl mortificatōem caliditatis naturalis manātis ex corde: ⁊ propter hoc nō dixit sm̄ōe absoluto: q̄ pallor qui trahit ad viriditatē: significat mortē qñ est cū grauitate corporis: sed addidit etiā cū illo sermonē suū: descendit in primo: quoniā ille significatōes apparēt apud mortē duar⁹ virtutū simul. 9

Et si color hic ungues nō ifecerit: ⁊ cetera mēbra corripuerit: spei loc⁹ nō deerit. pderit uero cūcta signa ppēdere: q̄ si egrū sufficiētem videris: ⁊ una boni significatio affuerit: t̄minus tibi pmittet cur quolibet exteriori apostemate ⁊ futura salute: sed pallor⁹ in pdictis locis picula nō deerūt.

Et si denigrantur digiti penitus ⁊ pedes: tūc illud erit min⁹ in significatiōe pditiōis: q̄z sit quādo declinat ad uiriditatē ⁊ pallorē. Sed necesse est tibi tūc ut cōsideres reliquas significatiōes: ⁊ regas esse earuz. Nam si inuenis infirmū tolerantē quod aduenit ei de nocumēto tolerantia facili: ⁊ fuerit cū significatiōe alia ex significatiōib⁹ q̄ significāt salutē: significat illud q̄ infirmitas expellit p exiturā: ita q̄ infirm⁹ saluabitur: ⁊ cadent loca que denigrata sunt ex corpore.

Non oportuit eū dicere tūc: Illud erit min⁹ in significatōe pditiōis: sed q̄ illud fortasse nō significat pditionē penit⁹: ⁊ fortasse significat significationē in vltimo sup pditōez. Et fortasse putat aliqs de hippo. q̄ nō fuit sciens illud: qñ non vtitur hoc sermone sm veritatē quā significat. sz res nō est ita: qñ qum addidit ad hunc sermonē ei⁹ discretionē vsq̄z ad finē ⁊ determinationē ipsi⁹: ⁊ narrauit illud narratōe manifesta: ō clarauit oñsiōe apparēte: q̄z fuit sciēs veritatē i eo q̄ dixit: Vel ex ipse nō pscrutat⁹ est exquisite exponere illō: qñ fortasse denigrant mēbra ppter mām q̄ effundit ad ipa Et iam oñdit hippo. oñsione manifesta qual⁹ significat illō: qñ dixit: An̄ videris infirmū tolerantē illud qō ad uenit ei de nocumēto facili. ſ. patiens illud: ⁊ fuerit cuz illo significatio alia ex significatiōib⁹ significantib⁹ salutez: tūc scias q̄ nigredo mēbri nō accidit nisi ppter māz que effundit ad ipm. q̄ si fuerit res cū diuersitate illius: tunc est signuz sup mortem. 10

Si testes ⁊ uirga p̄ter solitū diminui ꝓtrahiq̄z apparuerint aut minui: doloris aut mortis aduentuz pronunciabis.

Testes aūt ⁊ uirga nō significāt nisi dolorē aut mortez qñ ꝓtrahunt.

Nuenim⁹ hec mēbra ꝫhi in eo q̄ iam appropinquat morti: ⁊ illud q̄dez est necessariū: qñ virt⁹ aialis qñ morit: ita vt nō sit ei possibile peruenire ad extremitates corporis: sed trahit versus originē ei⁹ ⁊ radicē suā: or necessario vt sequant eaz mēbra: q̄re rugant mēbra ⁊ ꝫhunt versus mediū corpis. Et sīl⁹ etiā dolorē videmus multotiēs reducere ⁊ ꝫhere virtutē versus originē suā. qñ illud est: ē neče vt ꝫhant mēbra: ⁊ retrahant versus originē suam ppter dolorem. 11

Somn⁹ ut moris est peruenies ⁊ natural⁹ ut noctez nō effugiat: ⁊ die non impediat laudabilis: ꝓtrar⁹ uero improband⁹. min⁹ tamē si a mane usq̄z ad tertiam tenuerit.

Somn⁹ autem oportet ut sit sm q̄ currit cōsuetudo cū eo: qñ currit cursu naturali: ita ut sit ifirm⁹ in die expgefact⁹: ⁊ in nocte dormiens. q̄ si mutet illud est dispō deterior. sed minor q̄dez lesior nocumentū qō est ex somno est qñ dormit infirm⁹ in principio diei usquequo p̄tereat ex eo circa tertiā ipsius. Somn⁹ aūt qui est post hanc horā est malus.

Hippo.recte inuenit qum narrauit significatio/
b nes que sumũt ex somno ⁊ enũciatõe sua etiaz de causa in illo: ⁊ in faciẽdo totum qõ est iuua mẽtũ naturale: ⁊ omne qõ est fm cõtrariũ illi⁹ est illaudabile: qñ est extra dispõnem naturalẽ: similr etiã sunt res cũ quib⁹ nõ currit cõsuetudo. nã si fuerint currentes fm cõsuetudinẽ sunt laudabiles: ⁊ cũ quib⁹ nõ currit cõ suetudo sunt illaudabiles. verũtamẽ res naturales fm tẽ pus hippo. nõ fuerũt nisi res cũ quibus currit cõsuetudo nũc aũt inuenim⁹ facere diuites diuersum illi⁹ in oĩbus rebus ⁊ in somno etiã. dormiũt ei in die: ⁊ vigilãt in no/ cte. ⁊ qñ cõsuetudo currit ecõtrario cursus naturalis: nõ certificaẽ iste sermo quẽ dicit hip. qõ est: quia cõsue/ tudo in hac hora est plus naturali: non apud bũtes diui tias ex mulierib⁹ tñ: sed apud plures viros. 12

Pessimũ autẽ est nõ dormire: aut
p eim magnitudinẽ doloris signifi cat: aut alienationẽ.

Et de deterioríb⁹ signis est ut non
e dormiat infirmus: neqz nocte ne qz die. qõ est: qz ipse nõ uigilat nisi aut ꝓpter dolorẽ et angustiaz: aut qz adue nit ei permixtio in ratiõe sua: uł ꝓpter hanc significationẽ.

Vigilie accidũt infirmo in nocte ⁊ die: aut ꝓpter
v doloꝛẽ qui sup eũ fuit p:auus ⁊ cõtristaut eũ: aut qñ pmixtio ratõnis incipit cũ eo. qõ est: ꝙa pmixtio ratõis facit possidere vigilias ꝓpter siccitatez q̃ dñaẽ sup cõplexionẽ cerebri. 13

Stercoris egestio si neqz exsiccata
s neqz liqda oio sed iũcta ⁊ hora so lita: signũ est ea q̃ sunt sb diaphragma te esse salubria.

Egestio aũt laudabilioꝛ est q̃ est le
e nis ꝯiuncta: ⁊ est ei⁹ exit⁹ in hora exit⁹ sui q fuit in dispsitiõe sanitatis: ⁊ est quãtitas ei⁹ ꝓ compationẽ ei⁹ quod aduenit coꝛpoꝛi. qõ est: quia egestio qñ est cum hac dispositiõe: est pars inferi oꝛ uentris sana.

Hippo. assumpsit figuificatiões significãtes ege/
b stionẽ laudabilẽ ex substãtia eius ⁊ ipsi⁹ quãti/ tate: ⁊ ex hora ipsi⁹ exitus. Significatiões aũt fi/ gnificãtes egestionẽ illaudabilẽ nõ iuenim⁹ eũ sumpsis/ se ex his trib⁹ tñ: sed ex colore etiã ⁊ odore: ⁊ ex voce an nexa egressioni eius. Egestio aũt cui⁹ substãtia est natu/ralis est que nõ dura in termino lapidis: neqz lenis ĩ ter mino aque vt fluat ⁊ currat: sed est de lenitate cũ dispo/ sitione cũ qua possibile est vt ꝑmaneat coniũcta ꝓꝛ q̃ fluat ⁊ currat. quãtitas vero eius naturalis ẽ: q̃ est per compatõem eius qõ comedit. Hora aũt eius exit⁹ natu/ralis est hora cũ qua currit cõsuetudo infirmi in sanita/ te sua. ⁊ oportet etiã vt adiũgas ad illud q̃ dixit: colorẽ egõnis naturalẽ ⁊ odorẽ eius. oportet enĩ vt sint fm q̃ fuerũt in hora sanitatis. verũtamẽ hippo. nõ narrauit il lud qñ possibile est tibi vt intelligas illud ex fmone ei⁹ In egestiõe egrediẽte a dispõne naturali. quod ẽ: qz de/ ꝺsuetudine eius est in reb⁹ multis vt significet eas ex cõ/ trarijs earũ:: ⁊ dimittat rememoꝛari eas in nomib⁹ suis. ⁊ nõ dixit: Et quãdo egestio fuerit cũ hac dispositõe erit inferioꝛ ps ventris sana: nisi qum ipe compauerit hanc ꝓtem cũ pectoꝛe: vt intelligas hic ex sermone ei⁹ isto sto/ machũ ⁊ intestinũ ieiunũ: ⁊ reliqua que sunt post ipm ex intestinis: ⁊ nõ est necesse ꝓculdubio in aliquo q̃ oc/ cultet quãdo est egestio cũ diuersitate hui⁹ dispositiõis vt significet q̃ dispositio boꝛũ membꝛoꝛũ sit egressa a di/ spositõe naturali. quoniã hipp. nõ dixit illud. Neqz etiã est sermo sanus: qñ possibile est etiã vt sint mẽbra que sunt in vẽtre inferioꝛi sana: ⁊ currant ad ea ex epate: aut ex splene res multe vel male mutãtes coloꝛẽ egestionis naturłẽ ⁊ substantiã ipsi⁹ ⁊ eius odoꝛẽ. Et multotiẽs ad/ dunt etiã in quãtitate eius humiditates que effunduntur ad stomachũ: ⁊ neqz etiã exit⁹ eius est in hora simili hoꝛ/ re que fuit ante illud. Egestio aũt que in vltimo est simi/ lis egestioni naturali nõ significat q̃ ptes inferioꝛes ven/ tris sane sint tñ: sicut dixit hippo. sed quia non effunditur ad eas etiã ex mẽbris que narrauim⁹ aliquid. Egestio aũt egrediẽs a natura significat fortasse q̃ mẽbra que sunt in ventre tñ sunt infinita. ⁊ fortasse significat: qz effun/ dunt hec mẽbra ex mẽbris q̃ sunt sup ea hũiditates. Et spes q̃dez hui⁹ egõnis sũt multe ⁊ diuerse: qñ epar nõ ex/ pellit ad stomachũ superfluitates suas tñ: ⁊ qõ generat ĩ eo ex hũoꝛib⁹ egrediẽtib⁹ a nã: ⁊ qõ expellit ad ipm sup/ fluitates totiꝰ coꝛpis. qõ ẽ: qz stomach⁹ ꝺtinuat cũ oĩb⁹ mẽbris mediãte epate: ⁊ recipit superfluitates oĩuz mẽbꝛo/ rũ ipso mediãte. ⁊ fortasse qõ effunditur ad ipm expellit a nã ad ipm qñ vult mũdificare totũ coꝛpus: aut aliqõ ex mẽbris ei⁹: aut duo mẽbra: aut mẽbra multa. Et multoꝛ/ tiens ẽ illud qõ effunditur ad ipm fm viaz accñtl. ⁊ qñ est illud: significat egritudinẽ ĩ toto coꝛpe: aut ĩ vno membꝛoꝛ ei⁹: aut ĩ mẽbꝛ/ multis. Oꝛ g̃ vt ꝺsideres in mẽte tua illud qõ narrauit hippo. in fmone suo ex successiõe hui/ us fmonis: ⁊ addaẽ ad illud qõ dixi. 14

Liqda bõa est: si sine sonitu uẽto
l so fuerit: nec iozdiate manauerit Si eiz frequẽt manat: egzz maxio labo re ac uigilijs afficit: ⁊ i defectũ adducẽ.

Et si egestio fuerit sbtił: tũc lauda
e tur ex ea ne cuz ea sit uox: ⁊ ne sit egressio ei⁹ freqns paulati. qõ est: qz qñ illud est: accit infirmo lassitudo ex mul titudie surgẽdi ⁊ ꝓsecutõe ei⁹ accidũt ei uigilie ide: nam exitus rei multe multo tiẽs ñ faẽ securitatẽ ifirmo de syncopi.

Res manifesta est in hoc q̃ egestio humectatur
r aut quia cib⁹ nõ penetrat ex vẽtre ad epar: aut quando effundũtur ad ipm ex epate aut splene superfluitates. verũtamẽ possibile est vt fit illud laudabile quoniã epar ⁊ splen ⁊ totũ coꝛp⁹ mũdificaẽ ꝓ ipm. ⁊ nõ est illud illaudabile: nisi quãdo est fm semitã accidẽtiã .s. quãdo non penetrat cibus ad epar: aut res que effun/ dũtur ad stomachũ ab epate: significãt dispõem malam Et differẽtia quidẽ inter dispõem primã ⁊ inter hãc dis/ positõem est: q̃ cũ egestiõe in dispositiõe prima non est vor. ⁊ hec etiã est differẽtia alia: ⁊ est: quia egressio ege/ stionis nõ est frequẽs paulatim: quoniã qõ egreditur fm

hūc modū nō est aliquid ex accñtib⁹. Flux⁹ aūt vētr⁹ su
pfluus qui fit raro: multotiēs significat crisiz laudabilē:
t significat ꝙ natura expellit rez supfluā in ꝯtitate sua
aut in qualitate sua vt euacuet corp⁹ totuz aut aliqō ex
mēbris eius t mūdificet ipm. Et itelligo ꝓ sermonē meū
Euacuatōez: inanitōe corporis a nālib⁹ humoꝛib⁹ qui ī
ꝯtitate sua multiplicāt. Per mūdificatōem vo t fluxū
vētris intelligo vacuitatē corpis ab humoꝛib⁹ egredieti
bus in qualitate sua a natura. Et cōsequūt hāc egestiōez
nocumēta alia: que dixit hippo. in sermone suo. quod ē:
quia quādo ē illud donec accidat infirmo lassitudo ml
titudine surgēdi t cū cōsuetudine eius: accidūt ei vigilie
t ꝙ ipe vitupat etiā t egōem que fit cū multitudine fre
quēti: nō est nisi ꝓpterea ꝙ deiscit ipa t mollificat virtu
tem: quoniā ꝯtuis raro accidat vt laudeť hmōi egestio.
verūtū casus vtuſ hic annex⁹ ei ē illaudabilis: sicut fluxꝰ
nariū accidēs fm viā crisis egrediēs in quātitate sua ab
equalitate. 15

Utile est sterc⁹ fm quātitatē ciboꝝ
assumptoꝝ euenire t bis uel ter
in die: in nocte uero semel: t iā luce ꝓxi
ma aut solito moꝛe ꝓtigere.

Ut rūtū opoꝛtz ꝙ sit egestio fz illō
qō accidit coꝛpi duab⁹ aut tribus
uicib⁹ i die: t semel in nocte: et sit pluri
mū eiuſ ꝓpe manc: aut sicut de ꝓsuetu
dine bois est surgere.

Am dixit hippo. hūc sermonē in eis que sunt p̄
missa: t meli⁹ quidē eēt vt poneret sermonē illū
nūc in egōne multa: que fit fm semitā crisis: t ē
illa quā narrauit ante. Et ego quidē etiā vitupo fmonez
eius: opoꝛtet vt sit egestio duab⁹ aut tribꝰ vicib⁹ in die: et
semel in nocte: t reliq̄ ꝙ ipe scp̄sit post illud: qm supfluū
ē: neq; fuit necessariū dicere illud. qō est: qz sufficit vt oi
ceret: Sicut de ꝓsuetudine est homis vt surgat. Qō autē
dixit in fine bui⁹ fmonis t est fmo eiuſ. s. Et sit plurimū
eius ꝓpe mane: aut sicut de ꝓsuetudine est homis vt sur
gat. inueniť in quibusdā descp̄tōib⁹ sicut ego scp̄si illud
t in quibusdā descp̄tōib⁹ inueniť: sine illo: aut fm hunc
modū: Et erit plurimū eiuſ ꝓpe mane: sicut de ꝓsuetudie
est bois vt surgat: sed nō ē differētia inter has duas scri
pturas: qm intētio in eis vtriſq; ē intētio vna: t ē ꝙ me
lioꝛ rerū est cū qua iā currit ꝓsuetudo. 16

Utile ē etiā appꝛopiquāte iā ēmio
egritudis idē sterc⁹ dēsari.

Et opoꝛtet ut cōdēsēť egestio quā
do tēdit infirm⁹ uel appꝛopiquat
uersus crisim.

Non cōdēsať egestio qñ appꝛopinq̄t infirm⁹ ꝓsuſ
crisim nisi qñ fuit subtilis aquosa ante illud: nō
que fuit spissa dura: ergo sermo ei⁹ in eo ē cuiuſ
egestio a ꝓncipio sue egritudiuis est humida. verūtamē
hec abbꝛeuiatio in sermone de ꝓsuetudie antiquoꝝ fuit
t ꝓpe hippo. s. significatio rei ex cōtrario suo: t dimissio
rememoꝛatiōis ei⁹ cū suo noie. 17

Et coloꝛe sb citrino fieri: nec inso
lidum dēsari.

Et opoꝛtet ut egestio sit decliuis
ad citrinitatē aliquātulā: t nō sit uehe
mētis lenitatis.

Deli⁹ eēt si scp̄sisset hūc fmonē in ꝓncipio sue lo
cutōis de egōe: ita vt eēt fmo ei⁹ fm hūc modū
De egōe q̄dē laudabiliοꝛ ē q̄ ē lenis cōiūcta: t ē
exit⁹ ei⁹ in hoꝛa exit⁹ ei⁹ que fuit in dispōe sanitatis: t est
ꝯtitas ei⁹ ꝓ cōpatōem ei⁹ qō aduenit coꝛpi: t coloꝛ eius
declinis ad citrinitatē: t nō est vehemētis lenitatis: sicut
iā determinauit subām egōis: t ꝯtitatē ei⁹ t hoꝛā exit⁹:
t qualitatē ei⁹ simul. s. visibilē t odoꝛabilē: sicut dixi an
te. t manifestū est ꝙ coloꝛ egōnis nō trahit ad citrinita
tem: qñ cholera desc̄dēs ab epate cōmiscet ei: t illud ē
qñ cholera q̄ admixta ei est: est nālis eq̄lis in quātitate
sua t q̄litate: t cōueniūt sup illud oēs medici: qñ q̄ndo
effundiť ab epate ad ventrē cho. egressa in q̄litate t ꝯtí
tate sua ab eq̄litate: nō est coloꝛ egōis ptinēs ad citrini
tatē: sed est citrin⁹ pur⁹: t qñ nō effūdiť ad intestia cho
lera: sicut illud qō accidit ei qui habz ictericiā: tūc coloꝛ
egestionis est albus. 18

Bonū est etiā si lūbꝛicos admixtos
habuerit.

Et ex eo qō laudať etiā est ut egre
diātur cuz egōe lūbꝛici: qñ appꝛo
quat infirm⁹ uersus crisim.

Non laudať egestio lūbꝛicoꝝ: nisi quz nā ipa ex
pellit eos inferi⁹ cū reliq̄s supfluitatib⁹ que sūt
in coꝛpe: nō qñ egrediūť p cām alia fm viā acci
dētis: t ego quidē iā locut⁹ fui fmonē longū in reb⁹ que
pꝛocedūt fm semitā crisis in libꝛo picriseos. 19

No oi acuta egritudie uentrez nō
ut plenū: sz ut uacuū tractari: t ñ
tenuē sz carnosū inueniri bonū.

Et oportet ut sit uenter in oi egri
tudine uacuus piguis.

Ermo q̄dez ei⁹: vacuus: ꝓpe extensū plenū est: sz
piguis ꝓpe macꝛ extenuatū: sicut significat dcō
pma res retētas in vētre: t dictio scēūda ventrē
ipsū: sicut si diceret: Quia oz in oi egritudie vt sit venter
vacu⁹: t sit coꝛp⁹ eiuſ pigue t nō macrū. 20

Aquosū uero stercus t liquz siue
albū aut nimis citrinū aut spumo
sum malum est.

Egestio aūt aquosa sbtilis t alba:
t citrina uehemētis citrinitatis t
spumosa: illud totū malum est.

Egestio q̄dē aquosa significat destructionē dige
stiōis. sz alba significat siē dixi añ ꝙ cholꝛa citri
na nō descēdit ab epate ad ptes stōi: vez egō ve
hemēt⁹ citrinitat⁹ significat vnā duaꝝ rez: aut egōnē cui
cōmixta ē cholꝛa citrina t mꝛta: aut egōnez cui cōmixta
est cho. viridis: vt herugo ers. qō est: qz hꝰ nomē qō dixit
hippo. figt fz linguā grecoꝝ hos duos colores sil. egō āt
spumosa sigt pmixtionē vētositat⁹ vehemēt⁹ iflatine hu
miditati: cui⁹ sepatio ab ea ē difficilis. t fortasse sigt cali
ditatē supfluā. qō est: qz nos inuenim⁹ spumā euenire ex
teri⁹ fm hūc modū ī mari: ꝓpterea ꝙ vēti ocutiūt aquā
sz ī pfūditatib⁹ pelagi pp supfluitatē caliditat⁹. 21

Item modicuz ⁊ uiscosum ⁊ lene siue album seu citrinū aut spumosum: malum.

Et ex egõe qdē mala ē pauca uiscosa lenis: siue sit alba siue citrina.

Arauit hippo. in hoc sermone duas spēs ex specieb⁹ egõnis q̄ ambe ꝓueniūt a liquefactiõe corpozis. Et nō est differētia inter vtraſq; nisi quia pauca viſcoſa alba ꝓuenit a liquefactiõe adipis facta a caliditate ignea que nō est vehemētis malicie: ſz egestio que trahit ad citrinitatē lenis ꝓuenit ex liquefactõe adipis. verūtn ei⁹ euēt⁹ est aut qñ caliditas faciēs ipm ē vehemētiozis malicie: aut qñ adeps liquefact⁹ antiqu⁹ est qui iam cõputruerit quadā putrefactõe. quod est: quia videm⁹ adipes zirbi qñ putrefiūt exteri⁹: colorē mutant ita ꝙ vides vtrūq; viſiõe manifeſta declinare ad citrinitatē. Egõnis aūt ad viriditatē declinis: ſi viriditas eis fuerit ꝓpter admixtõem cholere viridis: vt berugo eris cuz ipa: qñ iam oñdim⁹ ꝙ hic etiā color intelligit ex nomie vehemētis citrinitatis: euēt⁹ est a lequefactõe vehemēti. Et omne quidē qō ꝓcedit ex corpe qō vides lene: ē ꝓpt vnā duarū ꝓpetatū: aut ꝓpterea ꝙ ipm recipit digõnem fm equalitatē: ita ꝙ nō effugit nām ps aliqua ex ptib⁹ eius quā ipa nō reſoluit: aut ꝓpter liquefactiõem vehementē: ita ꝙ nō fit etiā in hoc vna ex ptib⁹ materiei cui nō adueniat cā. ꝓpter hāc ꝙ cām ſicut meli⁹ est i oi quo fit iuuamētū vt ſit equale: ſimilr ⁊ omne qō est malū: ē vehemētiozis malicie qñ est equale. qō est: quia ꝑmū ſuſcipit opatõem nāe cū totalitate ſua: ⁊ ſecundū ſuſcipit maliciā egritudinis cū ſua totalitate. In viſcoſa aūt res manifeſta est ⁊ expoſita: ꝙ euēt⁹ ei⁹ est multotiēs qñ vehemētior ſit caliditas rei. ⁊ multiplicāt: ⁊ fortaſſe fiunt humores viſcoſi ꝓpter qualitates ciboꝝ. verūtn iſti humores qñ ꝓcedūt ex corpe nō ē eorū cētitas pauca. Res aūt viſcoſa qñ ꝓcedit paulatī est cōtraria ꝑme cōueniētis liquefactōi pauce. qō est: qz nos inuenim⁹ multotiēs liquefactõem vehemētē faciētē fluxū ventris ſuperfluū. verūtn illa cui⁹ hec est diſpō: est ꝓculdubio fetida. Et diſferētia quidē inter humores crudos ⁊ hāc est in hoc capitulo tn̄: qō est: qz ex humoꝛib⁹ crudis ñ est fetor. 22

Peſſimū aūt est ⁊ mortiſ ſignum: viſcoſum: nigrū: fetidū: ⁊ viride.

Et ſignificatiua mortiſ magiſ hec est egestio nigra: ⁊ pinguis: ⁊ fetida: ⁊ viridis.

Geſtiõis quidē nigre nigredo fit ex cõmixtione cho. ni. pure. viridis aūt fit ex cõmixtõe cho. ni. q̄ nō est pura: ⁊ cui⁹ cētitas est pauca. Egeſtio vo pinguis procedit apud liquefactionē adipis a caliditate ignea. fetida aūt ſignificat putrefactiõem in corpe. 23

Mariū uero ꝓductõnem ſignificat egritudis: neqz min⁹ ſignū ē mortis q̄z qō loturā iteſtinoꝝ profert: aut colorē porroꝝ ſiue nigrū. Cōtigit etiā colores iſtos ſimul euenire.

Geſtio aūt diuerſoꝝ coloꝝ ſignificat de lōgitudie egritudis pl⁹ q̄z indicēt ille ſpēs alie: ⁊ ñ ē illō qō ſignificat de ꝓditõe min⁹ q̄z illō qō ſignificat ille. ⁊ itelligo ꝓ id egõem in qua ē uiſcoſitaſ: ⁊ cui⁹ color trahit ad colorē porri ⁊ que est nigra. ⁊ fortaſſe egrediunt iſti colores oēs ſimul: ⁊ fortaſſe egreditur unuſquiſqz eorū ꝑ ſe.

Geſtio diuerſoꝝ coloꝝ ſignificat ꝙ in corpore ſunt egritudines diuerſe multe: que indigent ſpacio longo donec digõem ſuſcipiāt. quod est: quia quādo ſunt multe: poſſibile est vt ſit quarūdam earum ſpaciū longum. ꝙ ſi non fuerint in eis egridines lōge: tūc natura ꝓculdubio quando neceſſe est ei vt reſtat inimicis multis indiget etiā vt acquirat temp⁹ lōgū in expugnādo eos. 24

Ventoſitas ſine ſono laudabilior est: q̄ uero cū ſonitu, melior q̄z illa q̄ int⁹ claudit: ſignificat tn̄ amentē aut dolorē laborātē: niſi ſit uoluntarie.

Ventoſitatis autez exitus laudabilis est cum qua nō est uox: ⁊ exitus eius quādoqz cuz uoce est melior: q̄z eius cõſtrictioni est. ⁊ quādo egreditur cum uoce: tunc nō ſignificat: niſi ꝙ emittens eam aut est cū dolore: aut cū permixtione rationis niſi fuerit exitus uentoſitatis ab ipſo cum uolūtate

Ex hominib⁹ est: exquo egredit ventoſitas cum ſono ꝓter ꝙ verecūdetur: ⁊ ex eis est qui ꝓeligit mortē ſuper hāc actiõem. ſ. quando egreditur ex iſtis ventoſitas cum voce ⁊ ſono. ⁊ multi quidem hominū ſunt qui vtūtur illo. oportet ergo vt ponatur illud ex eis fm vnam duarū diſpoſitionū: aut vt nō intelligant quod faciūt: aut vehemētia doloꝛis cogat eos ad illud abſq; volūtate ipoꝝ. ꝓter iſtos aūt ex illis qui nō inſpiciūt ad illud: non oportet vt eſtimet exitus ventoſitatis ab eis cū voce ſignificare rem malā. verūtamē melius est ne ſit exit⁹ eius cū voce. quod ē: quia ventoſitas que egredit eū voce ex ipis ſignificat ꝓculdubio: aūt multitudinē ventoſitatis groſſe vapoꝛoſe: aut ſtrictura inteſtinoꝝ in quib⁹ penetrat. Quz ergo nō fuerit vētoſitas multa: ⁊ inſtrumēta a quib⁹ egredit ampla: tūc exitus ventoſitatis est abſq; voce. 25

Color ſub hypocōdrijs hanc ꝑpetatem habet ſi recēs ⁊ ſine calore fuerit: ſi rugit⁹ ſupuenerit ⁊ cū egõne: uel urina eruperit ſoluit: aliogn ad inferiora trāſmittit.

Apoſtemata aūt q̄ fiūt in eis q̄ ſunt ſub hydocondrijs: ⁊ q̄ occultant ex eis qñ ſunt ꝓpinq tpis: ⁊ nō est in eis inflāmatio: rugit⁹ accidēs i illo lo

co soluit: t ppie si egrediat cū egone t urina. q si nō egrediat: tunc ppter mutatiōez eoz fit. Et qñq fit iuua mētū itez p descensionē eoz ad iteriora.

Hippocrates significauit in hoc loco per apostemata que fiūt in eis locis qui sunt sub hypocōdrijs: t que occultant in eis apostemata que nominauit arrecul. i. vndimiā. i. molliciē: t oīa apostemata ista sunt grossitudo extra naturā: t quādo nō ē cum eis calidit as sunt ventosa: t ppie si fuerit propiqui tēporis hippo. iam itaq dixit: q ista apostemata resoluūt quādo accidit in vētre rugit⁹. Verūtamē vox ista nō significat in vētre ventositatē tm̄: sed q illa vētositas est pmixta humiditati. Cum ergo egredit hec vētositas inferi⁹: aut si nō egredit sed descēdit ad ptes inferiores: sedat ex ventre duo accidētia que accidūt in eo. s. dolor t grossitudo: t propē si euacuat vētositas cū vrina t egōne: qñ quādo accidit bmōi euacuatio nō remanet in vētre aliqd ex supfluitatib⁹. 26

Vrina laudabilis est que hyposta sim albā subsidentē t equalē t cōtinuaz atqz lenē habebit: t si pmanens usqz in crisim erit. Est eni fidelis nūcia salutis: t significat breuitatē egritudinis. q si modo cū hypostasi p̄dicta: modo sine fuerit: diuturnitatez significat egritudinis: neqz oio fidelis est.

Et laudabilior quidē urina ē in q̄ ē superfluitas residēs alba: lenis: equalis in tempe egritudinis totiꝰ usqz quo ueniat in ea crisis: illa eni significat breuitatē egritudinis. q si alteretur ita ut quādoqz migat urinā purā: t qñq resideat in ea supfluitas alba lenis: erit egritudo longior: t est securitas in ea minus.

Sicut ante dixi q significatio vehemētie vtutis principij pmi: quod oñdi in libro alio esse cerebrū t debilitas eiꝰ est ex opibus volūtarijs: similiter etiā inuenimꝰ hippo. assumpsisse significatiōes vehemētie virtutis alteriꝰ t debilitatis eius ex opatōib⁹ illiꝰ virtutis. Et iam quidē narrauit quasdā barū significatōnū in eis que premissa sunt: t narrauit quasdā barū significationū in hoc sermone: cuiꝰ premisimꝰ rememoratōem t nomiauit hanc virtutē in qua nūc est sermo eiꝰ virtutem mutatiuā. Significatiōes vero que significāt fortitudinē huiꝰ virtutis t ipiꝰ debilitatē in stomacho: sumūtur ex rebꝰ que egerūt omni die. Sed significatiōes significātes vehementiā virtutis t debilitatē ipsiꝰ in epate et venis sumūtur ex vrina. quod ē: quia declarant ex vrina significatōes manifeste: quarū quedā significāt digōem certā: t quedā eorū digōem diminutā: t quedā digōem corruptā: t quedā destructōem digōnis. Et similit etiaz ex eo declarat quod processit ex vētre. Et sicut iaz oñsuz est quia in egestiōe sunt signa significātia egritudines ꝑ ter egritudines ventris: similr etiā apparēt i vrinis signa significātia infirmitates alias ꝑter infirmitates epatis t venarū. Primū aūt a quo incipit hippo. significare in sermone suo t quod intēdit sunt signa significātia digestiōem: deinde addidit ad illud reliqua signa. t propter hoc oportet vt loq̄mur in p̄mis de signis que narrauit i p̄mis in hoc sermone: cuiꝰ premisimꝰ rememoratōem. p cepit eni vt considerem⁹ in sedimine quod in vrina resident: an sit albū: lene: equale: an mutet: ita vt sit i q̄busdā horis sm̄ q ipe dixit: t in quibusdā earū ecōtrario illius vel econuerso illius: t frequēter accidit in eo illud ita vt migat infirm⁹. Verbi gratia: Si infirm⁹ migat in die secūdo vrinā nō illaudabilē: qumq fuerit in nocte que ē post ipam migat vrinā illaudabilē: deinde mingat t in mane diei tertij vrinā laudabilē: qumq in sero illi⁹ diei fuerit migat vrinā illaudabilē. Et illud quod significat ex bmōi vrina est: q quidā humores qui sunt in venis receperūt digōem t vicit eos natura: t quidā eorū nō receperūt digestiōez. q si nō migat infirm⁹ vrinā indigestā in eo q est inter vrinas digestas: tūc vrina eius ē melior vrinarū. Nam si fuerit in ea sedimē: tūc oportet ꝑculdubio vt sit albū lene equale: t sit hec dispositio ei in toto spacio egritudinis vsqz quo cōsumat. Et si fuerit in ea sedimē: tūc oportet ꝑculdubio vt sit in ea nebula alba: et oportet necessario vt sit color equalis in vrina in citrinitate: t substātia eiꝰ inter subtilitatē a quosam: t grossam sicut vrina asini. Verūtamē vrinā in qua nō est sedimē migit ille cuiꝰ regimē est equale in vltimo subtilitatis. sz vrinā in qua est sedimē multū migit ille cuiꝰ regimen est regimē grossum. vrinā vero in qua est sedimē paucū migit ille cuiꝰ regimē est regimē equale. Et similiter etiā color vrine. nā ipe in egritudinib⁹ que accidūt a cholera ē declinis ad citrinitatē. Sed in egritudinib⁹ que sunt ab humoribꝰ crudis est declinis ad albedinē. Et similiter sedimē ipm in egritudinib⁹ factis ab humoribꝰ crudis est multū: sed in egritudinib⁹ que sunt a cholera: nō est omnino aut paucū valde. verūtamē sufficit vt sit in vrina i egritudinib⁹ istis nebula pendēs. Et significo p sermonē meū: nebulā: rem grossam albā que est in vrina: nō in superiori pte vasis: neqz inferiori pte eius: sed in loco qui ē inter hec duo: aut mediꝰ vere aut declinis ad superiora: aut ad inferiora. t de cōsuetudine q̄dē mea ē vt nominē illud hoc nomīe. Hippo. aūt nomiauit ipm nubē que ē in vrina: sicut nubes in aere. quod est: quia nubes vel nebula que est in vrina est grossior ea: sicut nubes que est in aere est grossior aere. Et multotiēs quidē dixi q illud qō pēdet in vrina est simile huic: t est illud qō de cōsuetudine mea nomino: nebulā pendētē. Hoc est ergo qō oportet te discere in p̄mis t memorie cōmēdare. In eis vero que sunt post: oportet vt ponas mentē tuā in bis q̄ dixit hippo. qō est: quia vrina in qua residet semp aliqd simile sedimini qō narrauit hippo. significat fiduciam t securitatē. s. quia in infirmitate nō est timor: t q de aptitudine eius est ꝑculdubio vt resoluat solutiōe eius post quā nō redeat t festinet etiā solutio eius. t ad summū si morat vrina sm̄ hāc dispōem in die p̄mo: t in nocte q̄ ē p⁹ ipm nō ptrāsibit egritudo ꝓpiū pmū ex ꝓpiis diez crisis: t fiet eius perfecta crisis. Et iam oñsum est oñsiōe bona q sermo hippo. iste nō est nisi in febrib⁹: quoniaz significatōes vrine nō sunt sup egritudines que accidūt in cerebro t nucha: aut in pulmone t pectore ꝑter qō cū eis fit febris: an sint salue cū q̄b⁹ñ fit malicia velocis crisis: an in eis fit timor t spaciū longū erit p significationes alias. Causam aūt ppter quā fit meliꝰ sedimen residens in vrina albū: iam oñdi in sermone meo In sanie: i fine tractat⁹ p̄mi. 27

Urina rubea nimis cuz sua sili hypostasi: egritudinē magis supiorib⁹ diuturnā dicit: ē tñ nuncia certa ⁊ fidelis sperāde salutis.

Quod si urina trāsierit ad rubedinem nimiaz: ⁊ superfluitas in ea residēs fuerit cū illo albi coloris: lenis erit egritudo lōgioris spacij q̄z prima: sed erit salua ualde.

Colo: urine declinis ad rubedinē quando currit aquositas sanguīs cuz ea significat illud multitudinē sanguīs qui nō est recte digestiōis: ⁊ ꝓpter hoc quū vincens in corpore ē qui magis inuatiuus est ex humorib⁹ fit ꝙ in egritudine ꝓpter illā causam nō est timor. Et quādo urina declinis ad rubedinē ē aquosa: significat ꝙ indiget digestiōe: ⁊ qñ digestio indiget spacio temporis donec compleat iterū necessariū est vt significet hec urina ꝙ cōsumptio egritudinis tardat⁹ pl⁹ q̄z egritudis ꝑme in q̄ residet in urina sedimē albū. 28

Sed si eiusdē hypostasis furfurea fuerit: mala est: pessima uero si squamosa. Alba aūt ⁊ liquida ⁊ lenis: mala: peior tñ q̄ dicta est furfurea.

Et qñ superfluitas residēs in urina ē similis grossis ptib⁹ simule ordei tūc ipa ē mala: ⁊ deterior ē ea q̄ ē silis petalis: ⁊ q̄ ē subtil alba ē mala ualde: ⁊ deterior ē ea q̄ ē similis furfuri.

Grossa simule sunt frusta magna que remanēt in simula ordei quādo quassat⁹ ⁊ cribellat⁹: ⁊ sūt illa cui⁹ molitio refugit molā. Quum ergo videris in urina sedimē simule istis frustis: tūc scias ꝙ illud ē significatio mala. qō ē: quia grossum in simula ē qō ex ea nō est molitū molitōe decēti. Illud aūt quod videt⁹ i urina nō est possibile vt sint partes cibi que penetrauerūt cū nutrimēto ad venas: ⁊ ꝑmanserūt dure aut ficce. Nerū illud est: aut ex adustiōe ⁊ ebulitōe sanguis grossi ⁊ ei⁹ decoctōe: aut ex liquefactōe carnis liquefactione diuersa. Et diuersitas quidē liquefactōis eius est: qñ resoluūtur partes molles ei⁹ humide a caliditate ignea: et fiūt partes que arescūt dure: ⁊ exficcātur sicut qō torrefit super frixoriū. i. sartaginē. quod est: ꝺa ꝑmū quod liq̄fit in hmōi febrib⁹ est adeps recēs nouus: deīde liquefit post illū qui est durior ꝑmo ⁊ antiquior: deīde post illuz caro recens mollis: deinde post illā caro dura antiqua: deinde post illā membra ipa: ⁊ quādo liquefiūt mēbra: vides in urina partes inequales similes petalis: ⁊ ꝓpter illud urina hec in qua residet simile petalis valde deterior est q̄z urina in qua oñdūtur similia grossis simule tñ. Et nos quidē innenim⁹ iterū spēm aliā sediminis subtilis sicut spuma in qua nō est grossicies albi coloris. Et causa albedis coloris ei⁹ est ꝑmixtio aeris accidēs ei cuz totalitate sua pl⁹ q̄z sit cōmixtio ei⁹ ei qō ē grossum. Quētus aūt hui⁹ sedimis fit ex vētositate grossa que ꝑmiscet ex superfluitatib⁹ humorū: quorū digestio nō rectificat⁹ ꝑmixtiōe qua difficile fit separe eam ex eis: ⁊ ꝓpter hoc sedimē est dispositio quā de cōsuetudine hippo. ē nominare equalitatē. Et euētus illius est: qñ sedimē totū est equaliū partiuz: quoniā qō est permixtū corpori alicui ptes ei⁹ vident⁹ diuerse in subā sua ⁊ suo colore. ⁊ sedimē diuersum cui⁹ partes sunt diuerse parue est deteri⁹ eo cui⁹ partes sunt magne. quod est: quia sedimē diuersum cui⁹ partes sunt magne est significatio ei⁹ super virtutez nature ꝼm magnitudinē illi⁹ substātie cōpositē ex illis partib⁹ ⁊ rectificatōe ⁊ certificatōe digōis eius. Partes aūt parue significāt ꝙ materia iam vicit nām ⁊ superauit eam: ⁊ ꝙ pugna inter vtraſq̄ est quasi equalis: ergo hꝝ res cōmunicat cū omni sedimine equali. Superfluitates aūt pticulares que sunt in eo ꝓueniunt a bonitate materie i recipiētis digestiōem: ⁊ malicia eius qō ex ea nō est digestū. Et hippo. quidē dixit cū istis trib⁹ spēbus ex spēbus sediminis: spēm aliā quartā similē furfuri: ⁊ hꝝ spēs est deterior specie tertia. quod est: quia species prima et species secūda significat ꝙ caliditas febris est inflāmans ⁊ liq̄faciēs: ⁊ oportēt ne ordinare⁹ q̄ra sz tertia. 29

Nebula pēdens in urina si alba bona est: nigra uero mala.

Nebula pendēs in urina qñ est alba: est laudabilis: ⁊ qñ est nigra: illaudabilis est.

Inuẽimus hippo. euacuare hũozes faciẽtes apostema fm declinationẽ eoz. qđ est: qr fmo eius oz vt exbaf ex pte ad quã declinat p loca ducui fm diuersitatẽ ptiũ pãniculi velãtis costas. qđ est: qr qñ in ptib⁹ ei⁹ supioꝛib⁹ accidit apostẽa: cõicãt eis furcla: ⁊ assecid: ⁊ mamilla in dolore. Partiũ autẽ inferioꝛ dolori cõicat diaphragma: ⁊ loca q̃ sũt sub hipocõdrijs. Qñ g̃ ex que sũt in curuatura man⁹: venã p quã possibile est attrahere ex sanguie q̃ est in mẽbro infirmo ad cõtrariũ ptis ad quã dclinat ẽztitatẽ mlrã cuz velocitate. ⁊ qñ extẽdit versus mẽbra inferioꝛa: opz vt fiat euacuatio p mũdificationẽ cũ medicinis. Et fmo hippo. Accidit grauitas in sebemẽtia fuaf in fmõe eius. qđ est: qr grauitas significat declinationẽ sanguis: ⁊ aggregatõez ei⁹ illic cũ mltitudine: qñ nõ fit nisi a mltitudine sanguis. De tẽsiõis ãtur loca vicina loco infirmo: ꝓter qꝛ mltiplicef in eis sanguis. Ꝓpẽ hãc g̃ cãm ꝓcipit hippo. vt euacuef sanguis qui mltiplicat⁹ ẽ p phlebotomiã vene: q̃ noiaf basilica. qđ est: qz in curuatura man⁹ sũt vene mlte: ꝙs de osuetudine nisa ẽ phlebotomare. Et ego q̃dez iam locut⁹ fui de oib⁹ eis in tractatuz⁹ libri mei de anatomia: ⁊ in tractatu alio quẽ singlarẽ feci in anatomia venaz pulsatiliũ ⁊ nõ pulsatiliũ. ⁊ oportet vt remẽoꝛer nũc etiaz sũme illius postq̃ iterabo smonẽ ab ipo ꝓncipio ei⁹. Dico g̃ qꝛ vena que noiaf pfunda qñ ascẽdit sanguis a gibbositate epatis ad aurez dextrã ex auric⁹ cozdis: dimittit ex eo ẽztitatem paruaz in mẽbris: q̃ sunt inter hec duo loca: ⁊ fundit plurimũ eius in coz. ⁊ qñ fuerit post illud incipit illic inceptiõe secũda: siẽ fuit inceptio eius ab ipso ꝓn⁹ fui esse: ⁊ ascẽdit directe vsus ceruicẽ: ⁊ qñ pueit ad ptes pectoꝛis diuidit in duas venas magnas: q̃ dicunf due guydegy. ⁊ ꝓm⁹ ram⁹ eius. i. cõcaue vene q̃ pcedit ex ea anteq̃ pueiat ad coꝛ sunt due vene pcedẽtes in diaphragmate: ⁊ vene alie que diuidũf in pãniculf qui sunt in pectoꝛe. Pars aũt inferioꝛ pectoꝛis cõposita ex octo costis nutrif ex vena singlari cui nõ est pticeps: q̃ ramificaf in q̃busdã animalib⁹ ex vena pfunda postq̃ apꝛopinq̃t coꝛdi. ⁊ ramificaf in q̃busdã eoꝛ: ⁊ in q̃busdã hoib⁹ etiã ex vena q̃ tãgit venã pfundã trãseũtẽ coꝛ. qđ est: qz qñ oꝛif in hoc loco est ꝺclinatio ei⁹ vsus doꝛsuz: postq̃ trãsit coꝛ vehemẽti⁹ depssa. Dec g̃ vena diuidif in ptes pectoꝛis inferioꝛes cõpositas ex octo costis: i vnoquoq; duoꝛ latez vsquequo cõsequtur diaphragma. q̃ttuoꝛ vo coste fmanẽtes q̃ sunt in supioꝛib⁹ pectoꝛis nutriũtur ex pari alio venaz: que ramificanf ex vena pfũda ãteq̃ diuidaf in duas venas dictas due guydegy: deinde ramificanf ex ea post istas vene q̃ veniunt ad man⁹ a titilico. i. a loco q̃ est in ascellis. Uena aũt q̃ noiaf cephalica ramificaf ex vena pfunda postq̃ diuidif in duas guydegy. oꝛif ergo ex vnaquaq; earꝛ vena cui⁹ oꝛigo ẽ extra pect⁹ cõicãs ei: ⁊ guydegy apparẽti. Oẽs g̃ ptes colli q̃ sunt exteri⁹ ⁊ capitis: nisi pauce nutriũtur ex duab⁹ guydegy extrinsecis: sicut mẽbra intrinseca eoꝛ nutriũtur ex duabus guydegy intrinsecis Spatulis autem ⁊ ei quod est in ceruice de nucha adueniũt vene ex locis q̃ sunt sub loco cõi quẽ diximus. ⁊ significo per locuz cõem locuz de quo ante dixi: q̃a cõicat duab⁹ guydegy extrisecis: ⁊ cephalice. Necrio igif fit qꝛ cephalica euacuat ex sanguie q̃ est in locis q̃ sunt super furculas q̃ sunt in ceruice ⁊ capite ẽztitatẽ mltam velociter. vene aũt q̃ veniũt ad curuaturã brachij ex pte titilici euacuãt ptes pectoꝛis. ⁊ ex istis locis ppe sunt loca que sunt altioꝛa: ⁊ ppe in capite: qñ oẽs ptes pectoꝛis inferiores nutriũtur ex vena alia q̃ oꝛif ex vena pfunda anteq̃ ueniat ad coꝛ. Ex hac g̃ vena de qua dixi qꝛ nutrit loca inferioꝛa pectoꝛis in trãsitu suo in latere sinistro sup latꝛa radicis costaz: vsquequo pueiat ad diaphragma ramificanf rami: q̃ diuidũtur in vnoquoq; locoꝛ: q̃ sunt inẽ costas lateris sinistri ⁊ dextri: ⁊ silr etiã reliquz qđ remãet ex ea: qñ ptrãsit diaphragma diuidif in coꝛpib⁹ ꝓmis q̃ occurrũt ei post diaphragma. Uenaz aũt que veniũt ad mamillas ex pte titilici inuẽim⁹ oꝛiginẽ ppinquã valde oꝛigini venaz: q̃ nutriũt costas ẽztuoꝛ supioꝛes ex costis que sũt in pectoꝛe: ⁊ ẽztitas eaꝛ in magnitudine ẽ multo maioꝛ ẽz venaz q̃ veniũt ad manus ex pte spatule. Et qñ incedit vnaquez illaꝛ duaꝛ venaꝛ sup partẽ inirinsecaz a seid: extẽdif vadẽs ad ptez brachij: ⁊ nascif ex vnaquaq; earꝛ ram⁹ magis in lacert|: qui sũt in seid. Qñ g̃ puenit vnaquez illaꝛ venaꝛ ad curuaturã man⁹: ramificanf ex ea vene q̃ veniũt ex pte intrisecta a seid a lateribus curuature brachij ad brachiũ. reliqũ aũt qđ remãet ex ea diuidif in duas ptes: q̃ ptẽdũtur sup curuaturã man⁹. Qđ g̃ trãsit ex ea sup illud qđ apparet de curuatura brachij est vena q̃ phlebotomaf: ⁊ qđ trãsit sup ipz ab interioꝛi ei⁹: est vena que diuidif cum vena pulsatili: que est illic. Et nos phlebotomam⁹ itez venam aliam in curuatura manus reflexam: sicut hec vena que nascitur in vnaquaq; duaꝛ manuũ ex vena que venit ad manũ ex spatule pte:

ꝛ est vena non parua. qꝫ est: quia vena que venit ad manum ex parte spatule qñ trãsit p assaid sub cute: diuidit itez in curuatura manꝰ in locis supioꝛibꝰ eius. Et maiꝛestũ quidẽ est qꝫ illa loca sũt supioꝛa qñ tu figuras manũ: figura quã dixit hippo. in libꝛo suo de restauratõe ꝛ dislocatiõe. qꝫ ergo remãet de hac vena post diuisionẽ eiꝰ supius in trãsitu eiꝰ per loca mãifesta brachij: oportet vt phlebotomet ex parte loci in quo diuidit: ꝛ inuẽit situs huiꝰ vene ꝑpẽ fm rectitudinẽ oꝛiginis eiꝰ ꝑme: ꝛ pp illꝫ fit qꝫ ipa euacuat sanguinẽ ex locis q̃ sunt sup furculã ve lociꝰ. qꝫ aũt venit ex ea ad curuaturã manꝰ oblique euacuat sanguinẽ ex istis locis minꝰ. verũtñ illud est plus eo qꝫ fit in reliquis venis remanẽtibꝰ. illud aũt qꝫ venit ad curuaturã manꝰ ex vena intrinseca ꝛ magna: oblique quidem qꝫ euacuat ex sanguine ex locis: quoꝝ ꝑmisimꝰ rememoratione est parũ valde: ex locis vꝫ supioꝛibꝰ pectoris est multũ valde. verũtñ origo vene q̃ venit ad manuz ex parte titilici: ꝓpinqua est origini vene q̃ nutrit partes supioꝛis pectoꝛis. Hippo. ergo ꝑcepit phlebotomare hãc venã anteq̃z ꝛtinuet: ꝛ vniat cũ uena q̃ oꝛit ex vena que venit ad manuz ex parte spatule. ꝛ qñ hec vena fortasse nõ apparet: tũc minuit loco eiꝰ vna venaꝝ intrinsecaꝝ q̃s dixit vẽire ad brachiũ: ꝛ qñ nõ appet aliq̃ venaꝝ intrinsecaꝝ: tũc minuit vena que generat ex cõtinuatiõe duaꝝ obliquaꝝ: ꝛ vnitiõe ipaꝝ in curuatura manꝰ. Et quoniaz possibile est etiã in q̃busdã boꝛis vt nõ appeat hec vena ꝛ appeaꝛeat vena q̃ venit ex parte spatule: tũc oportet vt phlebotomet etiã. Postq̃z scis qꝫ euacuatõ ex q̃buscũq̃z locis fuerit attrahit ex toto coꝛpoꝛe animal. verũtñ illꝫ non fit velociter neq̃z eq̃liter ex oibꝰ venis. Nos aũt conamur ꝛ studemꝰ vt fit illud qꝫ euacuat de sanguie ex mẽbꝛo apostemato velocius ꝛ plus q̃z ex reliq̃s mẽbꝛis ꝛ ꝑpẽ in egritudinibꝰ acutis: ꝛ inuẽimꝰ illud in phlebotomia vene q̃ nominat basilica: ꝛ plus illo multũ qñ est declinatio sanguis: q̃ multiplicat ad partes supioꝛes: aut sunt partes supioꝛes ex partibꝰ pectoꝛis graues: naz gꝛauitas ꝑpẽ erit tunc in seid ꝛ in mamilla. Apostemata vꝫ que fiũt in partibꝰ pectoꝛis inferioꝛibꝰ: quoniã ipsa sunt ꝓpinq̃ diaphꝛagmati: tũc nec̃io dolores q̃ accidũt in eis veniunt ad loca q̃ sunt sub hipocõdꝛijs. Non ergo inuamẽtuz euacuatiõis ex curuatura manꝰ in hac egritudine est iuuamẽtũ magnũ valde: quoniã locꝰ coꝛdis est medius inter vtraq̃z. Et vos q̃dem audistis iaz me dicẽtẽ ante: qꝫ vena q̃ nutrit partes inferioꝛes pectoꝛis oꝛit sub coꝛde Totũ ergo hũc sermõez dixi ad significãduz qꝫ hippo. hñ inuẽit in sermõe suo. Oportz ergo vt phlebotomemꝰ venam q̃ noiat basilica. ꝛ quoniã posuit terminũ euacuatiõis sanguis mutatiõez coloꝛis eius: tũc sequit illud qꝫ diximus: vt loq̃mur in illo. Dico ergo qꝫ eius qꝫ colligit de sanguine in latere apostemato mutat coloꝛ cã caliditatis: reliquz aũt qꝫ remanet ex eo q̃ est in oibus mẽbꝛis remanet sile ad inuicẽ: ita vt si accidat qꝫ fit sanguis q̃ est in toto coꝛpoꝛe phlegmatic: oportet vt fit sanguis q̃ est in latere apostemato rubeus. ꝛ si fuerit sãguis q̃ est in toto coꝛpoꝛe rube: oportet vt fit sanguis q̃ est in latere infirmo declinis ad nigredinẽ ꝓp adustionẽ suã. Coloꝛ autẽ medi inter alterationẽ a coloꝛe rubeo ad coloꝛẽ nigruz est coloꝛ rubeus clarus. Significatio igit sup euacuationem ex locis apostematis est pmutatio coloꝛis. Nos eiz iam narrauimꝰ q̃titatẽ euacuatiõis: q̃ sufficit in hac egritudine. ꝛ quoniã virtus fortasse ꝓhibeat euacuare hanc q̃titatẽ sanguinis: tunc oportet vt scias qꝫ inuamẽtũ qꝫ suscipit mẽbꝛuz apostematũ inde est tunc minus. verũtñ oportet vt fit dimissio tua casus virtutis plus q̃z euacuatio tua eius qꝫ multiplicat ex sanguine. 11

Pꝛo si passio sub diapꝛagmate fuerit: doloꝛqz usqz ad furculas non ascẽderit naturã cum helleboꝛo nigro uel fellichino lenias: oportet helleboꝛo nigro daucuz: uel siseleos: aut cminũ: siue anisum: siue quodlibz aliud odoꝛifeꝝ: fellichino aũt asam cõmisceas. Q, si utraqz cõmisceant: ideꝛ opus faciũt. Sed tñ ex helleboꝛo nigro solutio fit utilioꝛ: ꝛ ad crisim ꝓuocãdã efficacioꝛ. Illa uero que ex fellichino ẽ ad dissoluẽdũ iflatiuã uẽtositatẽ pꝛõptioꝛ

Quod si egritudo fuerit sub diaphꝛagmate: ꝛ nõ ascẽderit doloꝛ usqz ad furculã: tũc oportebit ut leniat natura: aut potu helleboꝛi nigri: aut potu medicine que nominat fellichinũ postq̃z pmiscueris helleboꝝ: aut cuz semine dauci: aut cum siseleos: aut cuz cmino: aut aniso: aut alijs ex medicinis odoꝛiferis. Sed qum medicina que nominat fellichinuz asam cõmiscueris: ꝛ qũ pmiscueris ista duo etiã erit opatio simil: sed qꝫ soluit helleboꝛus niger est magis iuuatiuũ ꝛ magis attractiuũ crisis q̃z illud qꝫ soluit medicina que notatur fellichinũ: sed fellichinũ resoluit uẽtositatem iflatiuã plus q̃z helleboꝛus niger.

Quod aũt expimẽtũ significz virtutes medicinaꝝ solutiuaꝝ: ꝛ humoꝛẽ quẽ soluit vnaquecz earuz iam sciuisti in libꝛo meo de vtutibꝰ medicinaꝝ simpliciũ. In inuẽtõe aũt cognitõis hoꝛe: in qua necẽe est soluere ex locis ad q̃ declinãt hũoꝛes q̃ vincũt ꝛ multiplicant: admistrat ratiocinatio. verũtñ significatio expimẽto. Et dinis: ꝛ testimoniuz sup illud nõ est nisi ab expimẽto. Et hippo. q̃dem significauit sup vtutẽ medicinaꝝ q̃s oportz nos in potu tribuere infirmis in huiusmõi egritudinib ꝛ dixit de helleboꝛo: qꝫ soluit res q̃ sunt magis iuuatiue ad crisim. ꝛ dixit de medicina q̃ noiat fellichinũ: qz educit, ventositatẽ iflatiuã. Et nos inuẽimꝰ fmonẽ eius ꝛes que sunt magis iuuatiue ad crisim: significare apud eum ꝛes q̃ faciũt crisim egritudinis vehemẽtius: sicut si dicerꝛ quia sunt magis iuuatiue. Et qñ oẽs medicine solutiue sunt nociue stomacho: ꝛ ꝑpe ozi eiꝰ: qũ fit pluris sensus ꝓpter neruos q̃ oziunt in eo: visuz est ei qz oportet vt pmisceant cũ medicina q̃dam medicine odoꝛifere: vt non occurrat virtus medicinaꝝ solutiuaꝝ ozi stomachi nuda simplex: ꝓter qꝫ pmisceat aliq̃d aliud. Deide dixit: Et qñ pmisces medicinã: que noiat fellichinũ: ꝛ helleboꝝ simil est opatio eoꝝ simil. Et vult qꝫ vtus vtroꝝq̃z ẽ ꝛueniens ꝛ nõ est cõtraria vna eaꝝ alteri. quod est: quia corruptio

ꝑmixtōis medicinaꝝ ſolutiuaꝝ non eſt quādo vna earū ſoluit cholerā verbi gratia: ⁊ altera phlegma. quod eſt: quia poſſibile eſt vt euacuent iſti duo humores ſimul i vna hora. ſed quādo vna earū ſoluit hora aduent⁹ ſui ad corpus: ⁊ altera poſt ſpaciū longū a ſuſceptōe ſua. Quam ergo bibit medicina cōpoſita ex iſtis duabus medicinis ſimul eſt ſolutio inequalis agitatiua. Et ſignifico per ſermonē meū: inequalis agitatiua: quādo exiſtimamus ꝙ poſt illud ſolutio ſecūda. quod eſt: quia de cōſuetudine medicine que ſoluit hora qua aduenit corpori ē vt egrediatur cū ea etiā aliq̄d ei⁹ quod ſoluit medicina altera. Quam ergo remanet ex illo humore quātitaſ parua ⁊ debilitaſ virt⁹ medicine: erit inceptio eius cū ſolutōe hūoꝝ conueniētis ei itez. Termin⁹ ergo hore in qua ſoluit medicina que nomiaſ fellichimū: eſt termin⁹ hore i qua ſoluit helleboꝝ⁹. ⁊ de aptitudine eius ē cū illo etiā vt ſoluat humorē melācholicū ſicut helleboꝝ⁹. In hac autez hora vſus autē earū in eo qui habet pleureſim: non oportz vt fit in omni hora: ⁊ rememorare aphoriſmi in quo dixit hipp. ſermonē hūc: Neceſſe eſt in egritudib⁹ acutis raro vti medicina ſolutiua in ꝓncipio earū: qñ nō ē egritudo infirmitas acuta tiū ſicut pleureſis: ſz ē cū ea febris fortis valde. Oportet ergo vt caueas cautela vehemēti ab hoc vt des in potu medicinā ſolutiuā: ⁊ vtere euacuatōe ꝑpe ꝓblebotomiā: cuius doloꝝ iaz puenerit ad loca q̄ ſunt ſub hipocōdrijs. inuamētū. n. cuius ex ea fit min⁹ q̄z ſit ex ſolutōe: verūtamē fiducia in ea ē vehemētioꝝ: immo in euacuatōe ꝑ ꝓblebotomiā non cadit aliq̄d timoris: i ſolutōe aūt accidit timoꝝ multotiēs: ⁊ ꝑpe quz non fuerit cognitoꝝ nature infirmi. Ex hōib⁹. n. ſunt quos ſoluere difficile eſt naturā: ⁊ ex eis ſunt quos ſoluit cū tas pua medicine ſolutiōe multa. ⁊ oportet vt ſit quātitas quaz das in potu de medicina cū meſura: cui⁹ eē iam ſciuiſti: ⁊ expe⁹ fuiſti eā in plurib⁹ hōib⁹: ⁊ inueniſti eam ſoluere meſurā equalē. Nā qum tu nō es ſciēs nām hois cui in potu das medicinā: tūc tu es in timoꝝe ꝙ ſoluat eū medicina ꝑ q̄z oporteat: aut nō ſoluat eum oīo: aut moueat nām ei⁹: ⁊ nō ꝙſequaē illud quod neceſſariū ē. Omnes q̄ res iſte attrahūt ſup illū qui egritudinē habet acutā: no cumētū magnū valde: cui⁹ rectificatio nō ē facilis: ſicut eſt facilitas ei⁹ in eo qui nō habet febrē. Quem ergo nō ē febris fortis: ⁊ tu es cognoſcēs nām infirmi: tūc da ei in potu medicinā ſolutiuā: aut illā quā narrauit hipp. aut aliā ex reliq̄s medicinis ſolutiuis ⁊ ſimilib⁹. ⁊ vna illarū medicinarū eſt medicina quā de ꝙſuetudine medicoꝝ ē nominare bierā. bui⁹ aūt medicine opō diuerſo mō fit. verūtamē melioꝝ compoſitio ei qui ſolutiuā poteſt potare medicinā eſt illa in qua cadit helleboꝝ⁹: ⁊ nō cadit in ea ſcamonea. 12

His itaq̄z factis poſt ſolutiōez de ptiſana dandum eſt: minus quidem q̄z conſueuerat: ſed irrepḃēſibilez expedit minuas quātitatē.

De ptiſana uero hordei oportz ut detur bibenti medicinam poſtq̄z bibit eam quantitas non diminuta ab eo qđ de ꝙſuetudie ei⁹ fuerit ſumere diminutōem cui ſit quātitas.

Oportet etiā vt ſtudiū impediaſ ori ſtomachi ne eueniat ei nocumētū ꝑp potū medicinarū ſolutiuarū: et ꝓpe quādo potat medicinā ille qui habet febrē. ⁊ vna quidē rerū qua conſeruaſ os ſtomachi ne eueniat ei nocumētū eſt: vt non bibaſ medicina ſimpler p ſe: ꝓeter ꝙ ꝑmiſceaſ cū ea quedā res de quarū aptitudine eſt ſedare malicia ei⁹. quod eſt: q̄a natura medicinaꝝ ſolutiuaꝝ ē cōtraria nature corporū que ipe ſoluūt: ⁊ ſunt vniuerſaliter ꝓnecātes ⁊ interimētes ea. Nam ſicut quādo nos bibim⁹ q̄ſtitatē puā ex opio: ⁊ mādragora: ⁊ iuſquiamo ⁊ alijs ex medicinis ſimilib⁹ eis: quarū vt⁹. ⁊ ſubā ſunt cōtrarie corpib⁹ ꝑmētes ea: iuuamur p illud iuuamēto magno. ſil⁹ medicine ſolutiue iuuant nos: q̄ſtitatē puā ⁊ vtimur ea q̄rendo iuuamentū. Sicut q̄ nos i hora quz in potu dam⁹ medicinā ſolutiuā ꝑmiſcem⁹ cum ea q̄daz ſemīa odorifera: vt ſedeaſ p illud malicia medicine: ⁊ nō ꝓhibeant ipſaz ab opatiōe ſua: quz virtutes eaꝝ ſint ſubtiliatiue: ⁊ inciſiue humoꝝ groſſoꝝ: aperitiue viarū p q̄s fit ſolutio: ſimil⁹ etiā fit iuuamentū poſt potū medicine ſolutiue p vſum aliquantulū de ptiſana hordei. qđ eſt: q⁹ medicina ſolutiua ꝑpter paruitatē ſui figiē in ꝺcauitate ſtomachi. verūtñ i tranſitu ſuo p meri ⁊ p ptes ſuperiores ſtomachi nō ſolū recipiūt ea loca i tranſitu iſto p ipſa qualitatē: imo adheret eis aliquid ex ſubſtātia eius ⁊ nocet eis nocumēto magno. naz nō fit pot⁹ aque hordei iuuatiu⁹ poſt ſuſceptionē medicine: niſi qñ ō nā ei⁹ eſt vt abſtergat ⁊ attrahat inferi⁹ totuz qđ retentū eſt de medicina i tranſitu ſuo p illa loca: ⁊ tēperet ⁊ reſoluat quantitatē ⁊ qualitatē que retēta eſt in eis. Ꝓpē has ergo res ꝑcepit hippo. dare i potu aliq̄d de aqua hordei poſt acceptionē medicine ſolutiue. Et vo qñ ſolutōis eſt ꝑma iceptio nō videt ei vt in potu deꝭ aliq̄d de aq̄ hordei. qñ timet ⁊ cauet vt deſtruaſ opatio medicine ſolutiue. ⁊ ꝓpter illud dixit: 13

Tempore enī ſolutōis nullum ius quenit ꝑpinari. ſolutiōe uero ceſſante: primū quidē de ptiſana min⁹ ſumere q̄z ꝙſueuit dandū eſt: deide uero ſemp abſcindēdo uſqz dum pl⁹ detur ſi doloꝝ qeuerit: neqz quodlibz aliud cōtrariū occurrens obſteterit.

Quoniā oportet in hora ſolutiōis ne in potu detur aliq̄d ſorbitōis. qūqz ceſſat ſolutio: da de aqua hordei ad ſorbendū quātitatē minorē ea q̄ cō ſueuit bibere: ſm quā currit ꝙſuetudo ei⁹ ut biberet eaz. deinde fiat aſcēſio p⁹ illud ſemp ad dandū in potu quantitatem multā: ſi doloꝝ iam qeuit: ⁊ non ꝓhibz aliq̄d aliud ab illo.

Inuenim⁹ hippo. dicē de eſſe baz rex Ꝛxium ei⁹ qđ docēt multi medicoꝝ in h̄ noſtro tpe. qđ eſt q⁹ medici i hoc nr̄o tpe qñ ſoluūt infirmū cibāt eū poſt illud cibo multo. Hippo. vo ꝑcipit vt deaſ bibēti medicinā p⁹ mūdificationē de aqua hordei minoꝝ q̄ſtitas. qđ eſt: q⁹ virt⁹ corporis qđ iaz ſolutū eſt qñ ſupaē ⁊ debilitaſ p ſolonez: non ē ei poſſibile tolerare cibū ⁊ bñ digerere ipm niſi ſit pauc⁹ valde. oz. n. vt ſit illō qđ ſumit

potator medicine de aqua hordei p̃ exitũ ei̇ ex ea i die p̃mo cuz mensura quã digerẽ possit. deinde addat in illa post paulatim si dolor iam ceperit ⁊ nõ phibet inde ali quid aliud. cẽ ãt dolozis manifestũ ẽ. ſmonẽ aũt ei̇: nõ prohibet ab illo aliqd aliud: oportet vt intelligas ſz apho rismos quoz rememoratio p̃cessit. vbi enũciauit hippo. horã in qua oportet regere illũ q̃ habet egritudinẽ acu taz absqz aqua hordei. ⁊ sũma illi⁹ ẽ: qz oportz ne sumat sorbitõem qñ spat q̃ fiat crisis anteqz necesse sit infirmo sumere eã: aut quãdo in humore retẽto i loco apostema tor: nõ ẽ aliqd maturitatis. 14

Este ſmo est etiã ſmo meus: ⁊ si necesse sit uti aqua hordei.

Am dixit hippo. iterũ in eis q̃ p̃cesserũt: q̃ horã sumẽdi ptisanã hordei: ⁊ sumẽdi aquã ei⁹ ẽ silis ⁊ q̃ differẽtia inter vtraqz nõ est nisi in re vna tñ: ⁊ est sermo eius: qa oportet vt sit illud quod suscipit infirm⁹ in p̃mis aqua hordei. 15

Et uero ubi ptisane op⁹ fuerit incipe illã dare a p̃ncipio cãe l' morbi fateor ẽ meli⁹ q̃z uenaz exinanitiõez p̃cedere: postmodũ uero in die tertia morbi: aut in q̃rta uel q̃nta siue sexta si ue in septima dari incipe oz: nisi tm̃ crisis tũc tpis fuerit p̃uẽtura.

Do eni dico q̃ incipe dare infirmo sorbitõem a p̃ncipio rei: melius ẽ q̃z p̃cedere ⁊ uti euacuatõe uenaz: dei de incipe dare infirmo sorbitiõem i die ẽtio egritudis sue: aut in q̃rto: aut i q̃n to: aut in sexto: aut in septio: nisi ãtece dat crisis infirmi: ⁊ fiat i hoc spacio.

Nuenim⁹ hippo. seq̃ in sermone suo isto id qõ dixit in libro suo de aphorismis: ⁊ est: qz videt ei vt sit vsus regimis qõ ẽ in vltimo fine subtilita tis in hora stat⁹ egritudis tm̃. Et si videris q̃ status sit in die q̃nto: ⁊ videris q̃ infirmo nõ ẽ possibile vt remaneat viu⁹ cũ vsu aq̃ tm̃: tũc hippo. videt q̃ meli⁹ ẽ vt sumat infirm⁹ in p̃ncipio egritudis sue aliqd de ptisana hordei: ⁊ sit inceptio illi⁹ in die tertio aut q̃rto. Et silr etiã dixit in eis q̃ incipiũt dare infirmis sorbitõez die q̃nto aut sexto aut septio: q̃ ipsi errãt si nõ p̃pat vt fiat crisis i illa hora. Et oportet vt intelligas ex ſmone ei⁹ crisis fiẽ dixi: nõ cõ suptõem egritudis: tm̃ ꝺsuptõem opletã: ſz pmutatiõem infirmi etiã ab illa disp̃e ad disp̃em aliã pmutatione magna. 16

In quib⁹ etiã prepatõis p̃ncipiuz maxime ſm sile fieri ut dcm̃ ẽ oz.

Et p̃cessio quidẽ prepatiõis etiã i istis oportet ut sit sicut dixi simi lis ſm plurimũ.

Dixit etiã in illis in quibus videtur etiam vt des eis sorbitõem in p̃ncipio: oportet vt fit prepara tionis antecessio etiam equalis. q̃ si indiguerit phlebotomia: aut clysteri: aut vsu suppositorij: tũc faci as illud eis in primis. 17

Similiẽ aũt ⁊ de illis potib⁹ quos bibi cõuenit: quos etiã dicturi su mus: nãqz eorum que dixim⁹ plurima eadem sunt.

Et similiẽ etiã utere eo qõ oportz ut bibat ex potib⁹ quos ego dicaz in sequẽtib⁹. ſmo enim me⁹ ſm plimũ est iste ſmo idem.

Hippo. p̃cepit vt p̃paratõis sit anteces sio etiã ante: quãuis sit regimẽ infirmi cum eo qõ bibi tur tm̃: p̃ter q̃ vtatur sorbitõe. ſ. qui phleboto mia venẽ: aut vsus clysteris: aut vsus suppositorij. ſ. opor tet vt p̃cedat p̃ius. 18

Scio nanqz multos medicos qui extra q̃z oportunũ est opantes ab omnibus in p̃ncipio duobus uel trib⁹ uel plurib⁹ diebus custodiũt egros: po stea uero ius ⁊ potũ illis sumere p̃mit tunt: quod etiã puipendũt. Cum eniz corpus maxima mutatiõe mutetur: ei maximũ cõtrariũ illi⁹ mutatiõis ppus esse dicũt. maximũ aũt illi⁹ mutatiõis contrariũ optimũ est: sed ſm utilitatẽ ⁊ cõcordissime securitati exhidẽdum: et maxime in dando cibum in his que media sunt.

Scias autem multos medicorum facere contrariũ eius quod opor tet fieri. Quod ẽ: quia ipsi omes custo diunt infirmos a p̃ncipio egritudinis duobus diebus: aut tribus: aut olus illo: deinde dant eis sorbitõem ⁊ potũ ⁊ potest esse ut uideatur illis: q̃ hec res est conueniẽs: ⁊ est ut quando corpus alteratur alteratõe magna: fit illõ quo resistitur illi alterationi etiam magnũ ualde. et per uitam meam resistere illi alteratõi est bonum ualde: uerũtamen oportet ut sit usus illius scõm rectitu dinem ⁊ fiduciam. ⁊ ex modis quidez alterationũ ppzie est assumptio ciboz.

Nuenim⁹ hippo. redarguere medicos qui phi bent infirmos vel custodiũt ⁊ conseruãt eos ab vsu cibi in dieb⁹ p̃mis: deinde pmutãt eos subi to: quosdã eorũ ad vtendũ ptisana hordei: ⁊ quosdã eor ad vtendũ eo quod bibit. ⁊ non rememorat eorũ q̃ dat infirmis ex cibis qõ est fortis tis anteqz maturet egritu do. quod est: qa de cõsuetudine eius est multotiẽs sicut dixi paulo ante vt dimittat illud quod valde magnũ est

ex errore: ficut dixi paulo ante: ⁊ non contradicat ei: ⁊ ipe quidē significat per illas res quib⁹ vitupat errorē partū nocumētū quod accidit ex errore magno. Dicit enī ⁊ de omnib⁹ qui resistūt egritudini ſm hūc modū: lz vt existimetur q⁹ opatio eoꝝ eſt ſm rectitudinē quādo ponunt mutatōem corporis mutatōem magnā ꝓpter magnitudinē mutatiōis corpis: ⁊ q⁹ illud quod viderūt de hoc ē bonū: verūtamē non omni mutatōe oportet vti: ſed mutatione quadā. Et hippo. quidē dixit in illo quēdā ſmonem in eis q̄ ſunt p̄miſſa: ⁊ ipſe etiā loquet in eo i ſequēte la a mutatione ſubita. 19

In Ociuius uero i mutatōe ōlinqt: q ptiſanā cū fece miniſtrat: nocet etiā ⁊ q tm̄ ſuccū ei adhibet: nocz etiā q ſolū ꝓpinat potū: ſed nocumētuz eius ad illos non eſt tm̄.

Et quibus plus aduenit nocumētuz ex eo: qui errat in uſu pmutationis eſt ex uſu aque hordei: ⁊ cum ea fecis eius: ⁊ nocet illis etiaz qui utunt aqua hordei tm̄: ⁊ eis qui utūt etiaz eo qō bibitur tm̄. ueruntamen nocumentuz eius iſtis eſt minus.

Dicit hippocrates q⁹ quibuſdā vehemēti⁹ aduēit nocumentū ex mutatōe regiminis ſubita: quā paulo ante dixim⁹ eſt: q⁹ medici cuſtodiūt infirmos in p̄mis diebus: ⁊ prohibēt eos ſumere cibum vehemēter: deinde incipiūt cibare eos verſus diē quartū aut quintū: deinde pmutant ſubito ad adminiſtrādā ptiſanaz aquā hordei: ⁊ cū ea fecē eius: ⁊ min⁹ illo cui⁹ pmutatio eſt ad aquā hordei: ⁊ min⁹ venit nocumētū eis qui vtūt eo qō bibit tm̄. qō eſt: qa nocumēti q̄ntitas ē ſm magnitudinez virtutis ei⁹ qō adminiſtrat. 20

In Am ⁊ cōſuetudines in dieta: dū tm̄ p̄cedere debent. Quum ergo ex dieta inſanis maxima diuerſitas ⁊ alia huiuſmodi videantur: quātomagiſ neceſſe eſt fieri in morbis: et maxime in p acutis.

Et oportet qdē ut currat cōſuetudo in regimīe dū pmanēt ſani ſm rē magis vnatiuā. qō ē: qz quz ex regimine appeat diuerſitas in ſanis: magis in ſpecieb⁹ diuerſitatis huius ⁊ aliozū: tūc q̄ſto forſitan oportet: ut ſit diuerſitas eius etiā in infirmis maioz: et ex egritudinib⁹ ꝓpe in eis que ex eis ſūt acute valde.

Incipit hippo. demōſtratōem facere ſup ſniam ſuam in regimīe quod p̄ceſſit: ⁊ dixit eā: ⁊ cōtra dixit etiā in illo eis q̄ vtunt ex ſpēb⁹ regimis cōtrario eius quō oportet vtaī. Et qm̄ ſm̄o eius in eis eſt plan⁹ videt mihi vt antecedā ⁊ annūciē vniuerſal'r. Dico ergo q⁹ vna ꝓpoſitionū quib⁹ vtit in demſtratiōe ſup illō eſt ꝓpoſitio vlis q̄ dicit ſm hūc modū: Si pmutatio ſubita in regimīe ad cōtrariū ei⁹ ſm q⁹ eſt: facit ſanis nocumentū: tūc forſitā accidit illud nocumētū infirmis plus multo. ⁊ nos quidē poſſum⁹ exponere hāc ꝓpōem ſpēbus multis ſmonis: ⁊ dictiōib⁹ diuerſis verbi gra: vt dicam⁹: Qō aduenit ſanis ex nocumēto apud pmutatiōez ſuā in regimīe ſubito ad cōtrariū ſuū min⁹ ē eo qō ſuſcipiūt infirmi ex illo: aut ſm hoc qō ſuſcipiūt infirmi de nocumēto apud pmutatōem eoꝝ in regimīe ſubito ad cōtrariū pl⁹ eſt eo qō ſuſcipiūt ſani. Et tibi quidē ē poſſibile vt dicas eā. cū dictōe alia cōioze hac ſm hūc modū: Rerū que nocumētū accidere faciūt: nocumētū ē ſanis min⁹ eo qō eſt infirmis. Et dictōe oī etiā cōioze hac: Si eſt nocumētū rez que accidere faciūt nocumētū eis qui ſunt fortes min⁹: tūc nocumētū earz eis qui ſunt debiles eſt vehemēti⁹. Et tibi quidē etiā ineſt abſolute: vt dicas intentiōez quā dicit ſm cōtrariū ei⁹ quod dixim⁹: aut ex ipſa re qua fit iuuamētū p̄mit⁹ in eo ſup qō facit demōſtratōem: aut ex vna ꝓpōnū comphenſarū in ea. Hec ē ergo vna duarū ꝓpōnū quas dixit hippo. ⁊ eſt ꝓpo ſup quā cōueniūt Perſe: ⁊ de conſuetudine quidē Ariſtotelis ⁊ ſecte ei⁹ eſt vt nominēt illā cui⁹ hec eſt diſpō ex ꝓpōnibus neceſſarie receptōis. Propoſitio aūt ſecūda cui⁹ cognitio ſumit exp̄imēto: ſile vt audias eā. Scias q⁹ pmutatio regimīs ſubito ad cōtrariū ei⁹ ſm q⁹ eſt nocz ſanis ⁊ cōcludit ex iſtis duabus ꝓpoſitōib⁹: q⁹ illud qō ſuſcipiūt infirmi ex pmutatōe regimīs ſubito ad cōtrariū ei⁹ ſm q⁹ eſt: eſt ex nocumēto magno valde: ⁊ pl⁹ illo multū cui⁹ egritudo ē acuta valde. Eſt ergo hec intētio ſmonis hippo. ⁊ inuenim⁹ eū dicē ꝓpōem p̄mā harū duarū ꝓpōnū: ſup quas cōueniūt Perſe abſolute: p̄ter q⁹ de mīraret ſup eā ⁊ verificet eā. ꝓpōez aūt inuenim⁹ ſecūdā eū certificare ex reb⁹ ꝑticularib⁹ que exp̄imēto ꝯphēdūt ⁊ ſcies illud ex ſmone ſuo q̄ ſedt hūc ſmonē. 21

Quod qdē facile ē ꝯphēdi. Vala nāqz dieta cibi ⁊ pot⁹ q̄ ſm ſimile fit: ſecurioz eſt in omi tēpe tueri ſanitatez q̄z ea que melioz eſt ſi in ea mutatio ſubita fiat.

Et cognitio illi⁹ eſt facilis. ſ. q⁹ regimē malū: uel comeſtio: uel bibitio cū cibo ⁊ potu ſimili adinuicē maioris fiducie eſt uliter in oib⁹ horis in cōſuatōne ſanitatis: q̄z pmutatio ſubito ad aliud regimē meli⁹ eo.

Incipit hippo. in hoc ſermone certificare ꝓpōnē ſecūdā duarū ꝓpoſitionū quib⁹ ipe demonſtratiōez facit ſup ſermonē ſuū ex exemplis ptic ularib⁹ multis: ⁊ aggregauit illud in ſūma vna ⁊ dixit: q⁹ nocumētū eueniēs ex pmutatōe magna ſubito egrediēte ab eo quo currit conſuetudo nō eſt puū: ⁊ omne qō ſequit qō p̄ceſſit ex ſermone ſuo eſt planū manifeſtū. verūtamē ego ſm diſpoſitōem ſi ſtetero ex eo ſup aliquod quod videat mihi indigere expoſitōe ei qui nō eſt exercitatus in intellectu continuatōis ſermonis adinuicē: nō ero piger ab expoſitōe eius etiā. qō eſt: q⁹ oportz i expōe vt intendat per eam dilectio hominū cōis: non inentio

exptoꝝ in sermone tñ: sed eoꝝ qui sunt expti. Qui ergo cognoscit seipm: ḉa non est expt⁹ neqꝫ exercitat⁹ penit⁹ i aliq̄ sciaꝫ pmaꝫ: tūc oꝫ vt in illa arte exerceaſ. 22

Qui cū semel uel bis in die sumere cibū cōsueuerūt: si a solito usu in aliuꝫ ibito mutēt: nocumētū eis gnāt et defectōꝫ. Quib⁹ aūt nō ē consuetudo p̄ādere ⁊ p̄andēt: moꝫ deficiūt ⁊ aggrauanſ coꝛpa eoꝝ: ac toꝛpēt: atqꝫ mollescūt. si cenant post: eructuāt acidū. Alij aūt sunt qui nature molliciꝫ patiunſ p̄opterea q⁹ stomach⁹ eoꝝ cō tra cursum sue nature aggrauatur: cui uidelꝫ exinanitio fuerit assueta. nō aūt bis impleri: ⁊ bis digerere pōt in die.

Vnde est q⁹ illis quoꝝ cōsuetudo cucurrit ut comedant bis in die: aut quoꝝ cōsuetudo cucurrit ut comedant semel: deinde pmutanſ subito ad cōtrariū ei⁹ fm q⁹ fuit: accidit nocumentū ⁊ debilitas: ⁊ quoꝝ nō est consuetudo p̄andere ⁊ p̄ādēt: debilitat illos illud statim: ⁊ grauat coꝛpa eoꝝ: ⁊ reddit ipos pigros: ⁊ mollificat eos. Q. si cenāt cū illo etiā eructuāt eructuatōꝫ acetosam. ⁊ ex eis sunt quib⁹ accidit lenitas nature: ⁊ causa in illo ē q⁹ grauat stomachū eoꝝum scōm contrariū eius scōm q⁹ currit cōsuetudo eius. Quod est: quia cōsuetudo cucurrit apud eos ut stomachi eoꝝ sint uacui: ⁊ ut nō impleanſ ex cibo bis: neqꝫ digerant cibos etiam bis.

Propterea q⁹ nō fuit contētus hippo. vt enūcia ret qō euenit eis qui pmutanſ subito ad cōtrariū ei⁹ qō currit ɔsuetudo eoꝝ: nocumentū magnū: sed narrat etiā fm quā partē oportet: vt rectificeſ illud in vnoquoꝫ homīe: p̄olongaſ sermo eius. quod ē: ḉa si ostēderet tñ: qꝫ aduenit eis nocumētū magnū apō pmutatōem eoꝝ subito ad contrariū ei⁹ quo currit consuetudo eoꝝ: esset sermo ei⁹ intellect⁹ breuis. Prima g̃ p mutatio q̄ subito fit ad contrariū eius quo currit cōsuetudo est hec pmutatio quā nūc dixit hippo. scilꝫ quoꝝ non est consuetudo vt p̄andeant ⁊ p̄andēt. Ipse enī dixit in eis: q⁹ illud debilitat eos: ⁊ grauat coꝛpoꝛa eoꝝ: ⁊ facit eos graues: ⁊ mollificat eos. ⁊ non accidūt in eis accidētia ista: nisi quādo cibus fit sup virtutē eoꝝ in loco pōderis. quod est: quia debilitas virtutis in eis nō ē ex eis que p̄opꝛa sunt ei: sicut q⁹ de ɔsuetudine eoꝝ ē vt accidat apud p̄iuatōem cibi. ꝓpter hoc ergo addidit in sermone suo: q⁹ coꝛpoꝛa eoꝝ qui regūt hmōi regimine: grauanſ ⁊ mollificāſ. In eo aūt cui⁹ ɔsuetudo currit vt p̄andeat ⁊ nō faḉ illud: enūciat i eo q⁹ scribit: debilitat tē virtut]: ⁊ nō dicit cū illo ḡuitatē. qō est: qꝫ virt⁹ apud huiusmōi pmutationē debilitat in se. ⁊ cuꝫ illo etiā ipse postq̄ dixit de illis q̄ regunt huiusmōi regimie cui⁹ p̄x missim⁹ expositionē: q⁹ illud facit eis accidē pigriciā. dicit itez p⁹ illud: Et timēt ex oīb⁹ opationib⁹: sicut si diceret q⁹ ipsi terrenſ vt cōenſ res opationis. ⁊ hec q̄dez res vere ⁊ nēcrio vera ē: qm̄ ipse cui⁹ est hec dispō sentit debilitatem fortē: ⁊ nō audet ꝓpter illud facē aliq̄d ex opatōib⁹ q̄s faciebat añ. Deinde dixit itez: Et q̄ vtiſ euacuatōe in regimine suo: accīt ei vt existimet q⁹ viscera eius sint q̄si suspensa: ⁊ mingit vrinā acutā ⁊ viridē. Et manifestū q⁹ dem ē qꝫ significat p fmonē suū: acutam vrinā: q̄ calefacta est pl⁹ q̄ de ɔsuetudine ei⁹ est calefieri. p viridē aūt intelligit illud qō de ɔsuetudine grecoꝝ ciuitat] athenaꝝ est itelligē ex ea. ⁊ iuenim⁹ illud remanere cū eis vsq̄ ad hunc finē. qō est: qꝫ qñ ipsi videt hominē cui⁹ coloꝛ est citrin⁹ interrogāt eū q̄ sit causa i viriditate colozis ei⁹: p̄cipit q⁹ ipsi videāt q⁹ inter b⁹ vt dicaſ: viridis ⁊ cirin⁹ ē dzia. ⁊ dicūt de hoīe q̄ est vehemētioꝛis viriditat] q̄s fuit: ⁊ significāt pp illud vehementiā citrinitat]. ⁊ coloꝛ q̄dez citrin⁹ vere ē coloꝛ croci. ⁊ vrina fit hu⁹ dispōnis qñ pmiscet superfluitas aquosa cholere rubee clare. qō est: quia declinatio coloꝛis rubei clari a coloꝛe rubeo ad coloꝛez albū est cū mēsura declinatōis coloꝛis citrini ad coloꝛē rub. clazꝫ. ⁊ scripsit hippo. itez accīa alia q̄ accīt eis q̄ huiusmōi regunt regimie. ⁊ ego q̄dē inq̄rā de eis qñ veniā ad fmonē ei⁹ in ipsis. nūc aūt oꝫ vt itendam⁹ ad exponendū fmonē cui⁹ premisim⁹ rememoratione. qō est: q⁹ hippo. addidit ad accīdia que accidūt eis q̄ p̄andēt p̄ter q⁹ cō suetudo eoꝝ cucurrerit cū illo. q⁹ si cenauerīt cū illo eructuant eructuatōe acetosa. Et nos q̄dem scim⁹ q⁹ eructuatō acetosa fit ex frigoꝛe stomachi: ⁊ fit miltoriēs ex phlegmate qō aggregaſ in eo ex multitudie ciboꝝ: ⁊ q̄nq̄ fit ex cibis tēperati i q̄titate sua: ⁊ virtutes eoꝝ iūt frigide. Et res cōis i oībus reb⁹ isti] est disgregatio caliditat] ināte q̄ est in stomacho: ⁊ q⁹ cibi vicunt eaz: vel defect⁹ ⁊ abbreuiatio eius a bñ digerendo illos cibos: ficut ē illō qō accīt quātitati parue ignis: qñ inp eam p̄icit quātitas multa lignoꝝ: aut quātitas equalis būida parua. Deinde dixit hippo. Et q̄busdā q̄ hoc regunt regimie accīt lenitas nāe. ⁊ inuenit in multis descriptionib⁹ loco nois quod figt lenitas nāe: nomē aliud simile ei figns angustiaz ⁊ istiaz ⁊ indetudinē. ⁊ manifestū est quidē q⁹ angustia ⁊ quietudo accidūt ex multitudie ciboꝝ eis q̄ regunt hoc regimie: ⁊ difficultas decoctōis: ⁊ multitudo pmutationis sup lectū: ⁊ assiduatio ei⁹. Et nos q̄dem iuenim⁹ hippo. oñdisse in postremo h⁹ fmonis oñsione manifesta q⁹ digestio ē similis decoctōi. Innuit g̃ p illud qō fit a caliditate būida vapoꝛosa: nō sicca tenebꝛosa: sicut ē caliditas febriū. sed caliditas būida vapoꝛalis ē sicut caliditas nālis que ē in coꝛpoꝛib⁹ aīaliuꝫ. 23

Si quoqꝫ oxiremiā emittant: pōt fieri ut adiuuentur sic alleniādo se ab his que ex mutatione diete in contrarium patiunſ. oꝫ itaqꝫ ut post cenā per integram dormiāt noctē si hyems fuerit a frigoꝛe: si estas a caloꝛe tuti. q⁹ si nō dormiant diutissime suauiter de ambulando nō cessent. deinceps uero aut nihil: aut lenia: aut minime nociua

cenēt: bibātqz paꝝ uini nec aq̄ ꝑmixti.

ET necesse est istis ut alleuietur ab eis qō aduenit eis apud ꝑmutati onē eoꝝ in regimine ad cōtrariū. Qō est: qa oz ut dormiāt per quātitatē no ctis integre post cenā ipoꝝ. Jn hyeme quidē cū custodia a frigore: et in estate quidē cū cautela a calore. q si non fue rit eis possibile ut dormiāt: ꝑambulēt deambulatiōe multa facili leui: ꝓtē q stent. Qum ergo post illud fuerit: aut nō cenēt: aut si cenauerit: cenēt cena le ui que nō noceat eis: ⁊ bibāt etiaz uinū paucū aq̄ nō ꝑmixtū.

EX istis quidē reb⁹ est res vna que cogit ad dicē dū ipaz in hoc loco. qō est: qa hippo. intētio est vt ostendat q mutatio ei⁹ quo currit cōsuetudo subito nocet corpib⁹: ⁊ qualiter oporteat vt medicēt illi quib⁹ accidit ex nocumētis huiusmodi: ⁊ qñ visuz est ei vt faciat illud: tūc seq̄mur etiā sermonē eius. Dico ergo q pl⁹ quidē qō precipit hippo. non est vt dormiāt sōno multo longo spacio: sicut quidē estimant plures exposi toū post cenā: sed sicut requrit intētio hui⁹ ſmonis: post prandiū. qō ē: qz nō ē simile vt significet ꝑ sermonē suū: Per quātitatē noctis integre: nisi somnū diei: non som nū noctis. Quod autē dixit etiā post illud vbi dixit: q si nō fuerit eis possibile vt dormiāt: deambulēt deambula tione leui multa: ꝓter q stent. ⁊ quz fuerit post illud: aut non cenēt: aut alleuiēt cenas suas: testificaꝝ qa ipse ꝑce pit vt sit somn⁹ post prādiū. Quod ergo fieri oportet: est vna duaꝝ rerū: aut vt rectificeꝝ scriptura quz sit erronea ⁊ scribaꝝ. quod ē: qa oportet vt dormiāt ꝑ quātitatē no ctis integre post cibos suos: in hyeme quidē cū custodia a frigore: ⁊ in estate quidē cū cautela a calore: aut si sua tur scriptura in qua ē post cenas eoꝝ ſm q ipsa est vt intelligaꝝ ab eo sermo ei⁹ ſm hūc modū. quod ē: qz opor tet vt dormiāt nūc ante cibos suos: sicut dormiebāt āte post cenas suas ꝑ quātitatē noctis integre: ita vt sit ser mo ei⁹: post cenas suas: adiūct⁹ ad sermonē: ꝑ q̄titatem noctis integre. Illud aūt quod ipe precipit ꝑ ipm. ſ. ſmo nē: de dimissiōe cene: ⁊ minoratōe eius: ⁊ alleuiatōe ipi⁹ eius intentio est intellecta manifesta. Quod est: qa vult vt figatur ⁊ quiescat stomachus: ⁊ confortet ꝓpter il lud qō trāsiuit ꝑ ipsum de labore qui euenit ei ex gra uitate cibi quo vsus est: nō ſm cōsuetudinē. ⁊ confert in boc etiam vt sit illud quod bibit parum non mixtū. Qō est: quia oportet vt caueatur ⁊ custodiaꝝ euētus rugit⁹: ⁊ eius quod humectat stomachū: ⁊ infrigidat ipsum. Et causa in illo est illud quod grauat stomachuz ex multi tudine ciborū: ⁊ quod aduenit etiā ex vino. oportet ergo vt sit impmixtū calefaciēs ⁊ confortans stomachū. Dec ē ergo intētio sermonis sui. reliqua autē que sequuntur ipm manifesta sunt. 24

SImiliter autē ⁊ qui bis in die co medere cōsueuerūt: si prandiū di miserint: corpora eoꝝ in se deficiunt atqz ab omni ope excūt: precordia do lent adeo: ut eoꝝ uiscera sibi suspensa esse uideanꝝ: urina cholerica viridisqz coloris stercus incensum. quidam aūt oris amaritudinez: oculos obductos: tēpa formicātia fridos sētiūt artic'los.

ET similiter qui consueuerūt i die bis comedere: qñ dimittunt prā dium: mollificanꝝ corpora eoꝝ: ⁊ debi litanꝝ: ⁊ cessant ab omni ope: ⁊ accidit eis dolor i precordijs suis: ita ut existi mēt q uiscera sua sint suspēsa: ⁊ fit uri na eoꝝ urina acuta viridis coloris: ⁊ stercus eoꝝ incensum: ⁊ ex eis sunt qui dam qui inueniunt in ore suo amaritu dinem: ⁊ inueniunꝝ oculi eoꝝ submer si: ⁊ tempora saliunt: ⁊ infrigidantur extrema eorum.

RElīqua q̄ sunt i hoc ſmone ex eis q̄ sūt sil'ia eis q̄ accidūt eis q̄ cibanꝝ non ſm q currit ꝯsuetudo iam exposui: tūc quz exposui illa accītia. Jn eo aūt qō est i ipso ꝓter illud qō est in ſmone quē dixi: ego sum dicēs nunc qō dixit hippo. Et ē sterc⁹ eoꝝ adustū. ⁊ manifestū quidē est q adustio ⁊ incendiū accidūt sterco ri ex caliditate. qō est: qz corp⁹ fit in eo q̄ dimisit cibū su um quo cucurrit ꝯsuetudo ei⁹ fiecī⁹ ⁊ vehemēti⁹ ignituz. Deinde dixit: Et ex eis ē cui accīt in ore ei⁹ amaritudo: ⁊ est ille sup quē ex eis ē vincēs p nām cholera. ⁊ inqt Et i uenis oc'los eoꝝ submersos. ⁊ cā in illo ē exficcatio vtro rūq; a cā ꝓpter quā aduriē sterc⁹. Per salt⁹ aūt tempoꝝ vult q venaꝝ pulsatiliū que sunt i eis pulsus ē manife stus. ⁊ cā in illo est declinatio caliditat' ī nate ad calidi tatē igneaz ī natur' sup q̄s qō vincit ē chol'a. Extremita tes aūt corporis infrigidanꝝ in eis tūc quz implēꝝ stoma chus materijs q̄ sunt de genere cholere mordicātib⁹ euz ⁊ ledentib⁹ ipm: q̄re resoluiꝝ ab eis virtus: tūc ⁊ infrigi dātur extremitates corporis. 25

PLurimi uero qui prādium obmi serunt: cenā nequeūt explere: qui si cenauerint: stomachus eis grauatur somnuz uero molestiorem q̄z si pransi fuerint ducunt.

ET plus qui dimittunt prandium: non est possibile eis ut compleant cenā suam: ⁊ qñ cenant grauaꝝ stoma chus eoꝝ: ⁊ fit somnus super eos mo lestus plus multuz q̄z si ipsi precessissēt ⁊ pransi fuissent.

SUper quē natura. i. naturaliter vincit cholera: ⁊ moraꝝ ꝓter q prandeat ſm q currit consue tudo eius: refugit ipesmet a cibo ꝓpter maliciaz dispositiōis sui stomachi. Qui ergo cogit seipm: ⁊ sumit ex cibo: grauat illud super ipm: ⁊ cōtristat eum: ⁊ fit mo lestus ei ꝓpter illud somnus eius: sicut dixit hippo. et

significat illud quoniã ipſi mozãt ſuper lectos ſuos cũz diſpoſitione mala. 26

Quæ accñtia ſiquidẽ etiã ſanis contingũt ex immutatione dicte diei medie in cõtrariũ q̃z ſolebãt: iuſtuz eſt apud me ut ne quicq̃z ſubiungatur aut ſubtrahatur.

Quando ergo accidũt iſta accñtia ſanis, ꝓptereq̃ ipi mutãt regimẽ ſuũ in medietate diei ad cõtrariũ eius quo currit ꝓſuetudo eoꝝ: tũc rectificatio maioꝝ apud me eſt: ut nõ addatur neq̃z minuatur.

Inuenim⁹ hippo. intromittere in poꝛtiõib⁹ ſmonis ſui in accidẽtibus extraneis: que ipe narrat accidẽtibus eis qui mutãt conſuetudinẽ ſuam ſubito ex ſanis ſummã ſermonis que ſimilis eſt narrationi accidentiũ que accidũt ſanis. quod é: quia manifeſtuz eſt q̃ ſi ex nocumẽto mutatõis coꝛpis in medietate diei in ſanis conſequif hec ſumma: tũc foꝛſitan quãdo accit illud infirmis plus multũ eſt: deinde hippo. poſt illõ redit ad narrandũ accidẽtia que accidunt eis: in eis que ſequũtur hũc ſermonẽ. 27

Si enĩ ei qui ſemel in die cõtra cõſuetudinẽ ſuã comedẽdo tota die uenas euacuauerit: ⁊ poſt ſolito moze cenauerit: coꝛp⁹ grauaẽ. ſ. poſt ꝑtermiſſum pꝛandiũ uexatione coꝛpis ac defectõe: poſt cenã uero grauedie ſeq̃nte.

Si igif illi⁹ qui comedit nõ ſcõz q̃ currit ꝓſuetudo ei⁹ ſemel: quz utitur die ſuo toto euacuatõe uenaꝝ: ⁊ cenat ſup q̃ currit ꝓſuetudo eius grauaẽ coꝛp⁹: tũc opoꝛtet ut grauẽ plus multum: ſi qum dimittit pꝛandiuz fatigat illud ipm ⁊ debilitat: tũc quz cenat grauatur coꝛp⁹ eius.

Attentio hui⁹ ſermonis ẽ illud quod ego narro Dicit hippo. Si quis dimittit pꝛandiuz pꝛeter q̃ currit cõſuetudo eiuſ: qum cenat min⁹ q̃z currit cõſuetudo eius in ea grauaẽ ſuper ipm coꝛp⁹ eius in nocte: tũc q̃to foꝛſitan grauabiẽ pluſ multũ ſi compleuerit cenam ſuaz: ſicut cucurrit cõſuetudo. Inquit Iumain: oporꝛtet ut in intelligas a Bal'. ex ſermone eius minuſ q̃z cucurrit cõſuetudo eius cũ eo uti ea: non in cena tñ: ſed in duob⁹ cibarijs ſimul. ſ. pꝛãdio ⁊ cena. quod eſt: q̃ hippo. dixit: Et cenat ſicut de cõſuetudine eius eſt ut faciat. Intẽtio ergo Bal'. in ſermone ſuo: qum cenat minus q̃z currit cõſuetudo ei uti ea: non eſt poſſibile ut intẽdat ꝑ eam cõtradicere hippo. ſed qum cõparat quod comedit nũc ad quãtitatẽ quã comedebat in pꝛãdio ⁊ cena ſimł: dicit min⁹ q̃z cõſuetudo ei⁹ fuit uti. 28

Si iterũ cenent poſt largiozem uenarũ exinanitiõem: multomagis coꝛpus aggrauatur.

Et ſi redit iterũ ⁊ cenet poſtq̃z utitur euacuatiõe uenaꝝ ſpacio longo: grauaẽ coꝛp⁹ ei⁹ pl⁹ multo.

Quidam eoꝝ qui dimittũt cibuz ecõtrario eius quo currit cõſuetudo eoꝝ mínoꝛãt ſpaciũ iciuni ſui: ⁊ quidã eoꝝ pꝛolongãt illud ſpaciũ. hippocrates ergo dicit in iſtis qui pꝛolongãt: q̃ grauitas coꝛpoꝛũ eoꝝ fit multo plus. 29

Iuuat itaq̃z coꝛp⁹ ⁊ uenas ꝑter ſolitũ exinaniẽtẽ ſi ab his q̃ in cadẽ die patiẽ: tuendo ſe a frigoze et calore atq̃z laboze alleuiẽ: qa illi⁹ paſſio i his quoq̃z duplicaẽ: cena quoq̃z ſua leuioꝛ fit ſolito: nec ſicca ſed humida ſit: poꝛ uero nõ ſit aqua mixtus: nec cibi quãtitate mínoꝛ: poſtera aũt die pꝛãdiũ alleuiet: ſicq̃z gradatim ad ſolituz reuertatur uſum.

Iuuanẽ etiã qui utunẽ euacuatõe uenarũ ſm cõtrariũ ſſuetudinis eius: ita ut alleuienẽ ab eis que eis eueniunt in illa die ſm q̃ narro: cauẽdo a caloze: ⁊ frigoze: ⁊ laboze. Eſt enĩ moleſtũ tolerare illa: et alleuiet in cena ab eo quo cucurrit conſuetudo eius: neq̃z ſit quod cenet ſiccũ ſz humidũ: ⁊ bibat uinũ ſuũ non commixtũ: qõ non ſit minus quãtitate cibi ſui. Quinq̃z fuerit a mane hui⁹ diei alleuiet pꝛandiũ ſuũ ut redeat ad illud quo currit conſuetudo ſua gradatim.

Inuenim⁹ q̃ ſicut hippo. rectificauit ꝑ regimen qõ dixit: nocumenta que cueniũt eis q̃ cibãtur aliter q̃z currit cõſuetudo eoꝝ. Similr etiã nũc inuenim⁹: q̃ ipſe rectificat nocumẽta que accidũt ei qui dimittit cibũ. Pꝛecepit ergo i pmis ut caueat a caloze ⁊ frigoze. ⁊ laboze. deinde dixit: Qõ eſt: q̃ ipm tolerare ea ſtas ẽ ei moleſtũ. ⁊ ꝑcepit p⁹ illõ ut alleuiet i cena ſua ex eo q⁹ cucurrit ꝓſuetudo ei⁹: q̃nis iuẽiam⁹ ꝑles hoies ſuſcere ꝛiuz h⁹ actõis. qõ eſt: q̃ ipſi ꝑcipiũt ut ille q̃ phibet cõplere pꝛandiũ ſuũ ꝓpter quaſdã occupatiões: cõpleat illam diminutionẽ boza cene: ꝑter q̃ ſciat: q̃ q̃tus cuppus vere idigeat ut cõpleaẽ qõ minuiẽ de cibo ei⁹: ꝑcipit ſtomach⁹ eius nõ põt digerere illud ꝓpter illud qõ aduenit ei de nocumẽto ꝓpter longitudinẽ ieiunii: ⁊ cũ ſit quod ꝑcipit hippo. de alleuiatõe cibi: pꝛecepit etiã ut ſit humid⁹. qõ eſt: q̃ humectatio ẽ cura cõueniens ſtomacho ⁊ coꝛpoꝛi qõ ericcatũ eſt ericcatõe vehemẽti. ⁊ videtur etiã ei ut eoꝝ ſtomach⁹ ꝛoꝛtetur potu vini: ⁊ ꝑcipit ut ſit qõ ex eo bibaẽ non cõmixtũ neq̃z diminutũ a q̃ſita te cibi. qõ eſt: q̃ vinuz aquarũ cõmixtũ debilitat ſtomachũ: verũ bibere quantitatẽ paruã ex eo eſt incõueniens ſtomacho qui exiccat⁹ ẽ. Iit pꝛecepit etiaz ut ſollicitudo

habeaſ de eſſe regiminis in eo cui aduenit nocumentuz
ſm hūc modū:in mane illi⁹ diei:precedat enī ⁊ alleuiet
de cibo ſuo quē comedere cōſueuit:vt redeat corp⁹ad il
lud quo currit ei⁹ conſuetudo gradatī.i.paulatī. 30

Q Uozū uero in ſūmo corporis cho
lera dominatur ipſi plurimū hoc
moleſtius patiuntur.

Q Uozum uero ex iſtis ſup ſupioza
corpis cholera uincens fuerit:to
lerare huiuſmodi res ſcōm plurimuz ē
moleſtius.

Iam dixi ego etiā paulo ante de illo ſuper quem
cholera eſt vincēs:q̄ tolerātia eius quādo per
mutat regimē ſuū:ſubito ad ieiuniū eſt moleſti
or q̄z tolerātia eius ſup quē vincit phlegma.qō eſt:quia
cholera vincit ſup formā corpis eius ⁊ ſtomachū ei⁹ ve
lociter. Cauſa aūt ꝓpter quā nō abſoluit hippo. ſmonē
ſuū ⁊ dicit: Sup quē vincit cholera:ſed addidit ad illud
ſupioza corpis eius eſt:quia cholera rubea clara que no
minaſ cholera citrina: aut cholera rubea quādo natat
ſitio eſt illa:q̄ vincēs ſup ipm eſt cholera in ſupiozibus
corpis eius. Et quādo eſt deſcēſio eius ad inferioza noia
tur cholerie⁹ in inferiozib⁹ corpiſ ſui.qō eſt:quia tu iuue
nis ſaulū ſacerdotē: q̄uis vincēs ſup formā corpis eius
eſſet phlegma.verūtamē cholera rubea clara natabat ī
ſtomacho eius omni die:ita q̄ neceſſe erat ei vomere er
ea in pmis quātitatē nō paruaz:aut in balneo:aut poſt
exitū ei⁹ ab ipo. In Audino aūt philoſopho q̄uis inue
niamus q̄ fuit vincēs ſup complexionē eius cholera:ve
rūtamē illa cholera deſcēdebat in eo ad inferioza iteſti
na.⁊ parū quidē inuenim⁹ eū vomere cholerā citrinā:et
inuenim⁹ paucitatē dominij cholere ſuper egeſtionē in
ſaulo ſm multitudinē dominij eius ſup ipaz in audino
Qui ergo dimittit cibū ſuū ecōtrario ei⁹ quo currit con
ſuetudo eius:⁊ eſt vincēs ſup formā corpis eius:⁊ in ſto
macho ei⁹ cholera rubea:oportet vt accidat ei ſicut pau
lo ante dixi. In eo aūt quē eſt vincēs cholera ī ſto
macho eius tñ:inuenim⁹ accidētia que accidūt ꝓpter
moleſtiā tolerātie illi⁹ ſup eū ſimilia accidētib⁹ que acci
dunt in eo ſup cui⁹ formā corpis ⁊ ei⁹ ſtomachū eſt vin
cens cholera. Reliquoū aūt accidētiū: quedā non acci
dunt ei penit⁹:⁊ quedā eoz accidūt:ſed ipa ſunt q̄etioza
⁊ trāquillioza. qō eſt: quia hippo. p̄ceſſit ⁊ dixit de eo q̄
dimittit cibū ſuū ſm cōtrariū quo currit cōſuetudo ei⁹:
quia terreſ ab opib⁹:⁊ putat q̄ viſcera eius ſint ſuſpēſa:⁊ mīgit vrinā acutam
⁊ putat q̄ viſcera eius ſint ſuſpēſa:⁊ mīgit vrinā acutam
viridē:⁊ aduriē ſtere⁹ eius.⁊ ex eis ſunt qui inueniūt in
oze ſuo amaritudinē:⁊ fiūt oculi eoū ſubmerſi: ⁊ ſaliūt
teꝫpa eoū:⁊ infrigidanſ ipoz extrema. ⁊ quedā horuz
accidentiū accidūt pl⁹ei ſup formaz corpis cui⁹ vincens
cholera eſt:⁊ quedā eoū accidūt pl⁹ei ſup cuius ſtoma
chū eſt cholera vincēs:⁊ quedā eoz accidūt vtriſq̄ ſimil
diſpōne vna. Dolor autē p̄cordij.i.oris ſtomachi accit ei
in cui⁹ ſtomacho eſt vincēs cholera:⁊ accidit ei ꝓpter id
terror ab opib⁹ ⁊ frig⁹ extremitatū. Urina aūt acuta viri
dis colozis:⁊ aduſtio ſtercoris:⁊ ſubmerſio oculoū: et
ſale⁹ temporū:accidūt ei ſup formā corpis cui⁹ cholera ē
vincēs. Accidētia aūt que accidūt vtriſq̄ ſimul ſunt exi
ſtimatio eoū:q̄ quaſi viſcera eoū ſunt ſuſpēſa:⁊ amari
tudo oris eoz.qō eſt:quia ipſi ſentiūt ꝓpter ieiuniū quo
nō cucurrit cōſuetudo:quaſi ipſoū viſcera nō ſint fixa.

Amaritudo aūt oris accidēs ei ſup formā corpis cui⁹ vi
cens eſt cholera:nō accīt ſm q̄ ipa fit accidēs qō eueni
at ꝓpē in oze:ſed qm̄ ſenſus eoz de ea nō fit ꝓpē ni
ſi illic.qō ē:quia natura inter oīa mēbra appoſuit os ap
prehēſiuū ſapoz. Aduſtio aūt cibi fit pl⁹ in eo ex cui⁹ epa
te effundiē cholera ad ipm ſtomachū ⁊ natat in eo:⁊ fit
min⁹ in eo in quo cholera illa deſcēdit inferi⁹.qō eſt: q̄a
cholera in iſtis mordicat inteſtina: ⁊ facit ea ꝑpare ad
euacuatōem. In illis aūt nocumētū ei⁹ ē in ſtomacho:⁊
pp hāc cām fiebat q̄ audiꝰ egerebat omni die bis:⁊ q̄n
doq̄z egerebat ter:⁊ ſaul⁹ q̄nq̄z nō ſurgebat oīo.quod ē:
q̄a inteſtina ſi non mordicāt ea quedā res mordicatiue
aut grauat ea multitudo fecis:non ꝓuocāt illū cui⁹ ſunt
ad euacuatōem. Et nos quidē nō inuenim⁹ vnūquodq̄z
horuz vuoū accidē ei ſup ſupioza corpis cuius vincēs eſt
cholera q̄ dimittit vſum cibi.qō ē:q̄a inteſtina eoz nō
mordicat cholera: q̄m ipſa aſcendit ad os ſtomachi et
mordicat ipm:⁊ ledit ipm:neq̄z inuenim⁹ inteſtina etiaz
grauari in eo q̄ nihil comedit. 31

Q Uozū aūt phlegma eis dominās
eſt:maxime ſi ieiunēt ꝓtra ꝓſuetu
dinez ſuā leuius ⁊ facili⁹ ieiuniū ferunt:
quare ſemel in die ꝓter uſum come
dere facile ſuſtinent.

His aūt ſup ſupioza corpis quoz
vincēs ē phlegma:tolerātiā ieiunij
ꝓtra ꝓſuetudinē ſm pl'imū uehementi
oze ē.p hāc ergo cāz ēt fit tolerātia ei⁹ in
ſuſcipiēdo cibū in die ſemel cōtra ꝓſue
tudinē facilioz.

Hippocra. dixit in eis que ſunt premiſſa: q̄ tole
rātia in illis ſup ſupioza corpis quoū vincēs ē
cholera ſuſcipiēdi cibū ī die ſemel eſt moleſtioz.
Nūc aūt inuenim⁹ eū qum intēdit ad ſermonē in eiſ ſup
quos eſt vincēs phlegma dicere in p̄mis:loco ſuſceptio
nis cibi ſemel ieiuniū. Poſuit ergo ꝓmutatiōēm ſuā ex
re cui⁹ nocumētū eſt manifeſtū ad rem cui⁹ occultaſ no
cumentū ſm ratiocinatiōem.quod eſt:quia cōueniēti⁹
eſt vt ſuſcipiat ille qui prohibeſ ab acceptōe cibi die ſuo
toto contra cōſuetudinē nocumētū pl⁹:⁊ non ſuſcipiat
q̄ dimittit cibū tñ min⁹ illo: ⁊ tolerātia ſup quē vīcēs ē
phlegma ieiunij eſt tolerātia facilioz: q̄z tolerātia ei⁹ ſup
quē eſt vincēs cholera:tūc manifeſtuz eſt q̄ tolerātia in
ſuſceptōe cibi ſemel eſt facilioz. Cauſa aūt tolerātie eius
ſup quē vincit phlegma ieiunij ⁊ ſuſceptōnis cibi ſemel:
iam oñſa eſt in eis que p̄miſſa ſunt ex ſermone meo ſup
quē vincit cholera.quod eſt: q̄ ieiuniū facit os amaruz
vehemēti⁹ q̄z fuit.humor autē phlegmatic⁹ qñ digeriē in
illo ſpacio cōuertiē ⁊ mutaſ ad ſanguinē. In aliqua aūt
duaz choleraz nō eſt poſſibile vt redeat ad ſubſtātiā ſā
guinis.qō ē:q̄ cholera citrina generaſ qñ calefit res pī
guis q̄ eſt in ſanguine. Melācholia aūt gnāſ: aut ex ve
hemētia aduſtiōis cho. citrine:aut qñ aduriē res gſſa ex
eis q̄ ſunt in ſanguīe. Gnātio aūt phlegmaſ p̄cedit ſp in
cibis illis in q̄b⁹ vīcēs ē phlegma gnātōez ſanguis. ⁊ cō
uerſio ei⁹ cui⁹ diſpō ē hec:ex cibis ad ſanguinē fit mediā
te ſanguīe. Et nos q̄dē inuenim⁹ b̄ accidē nō in cibiſ ma
lis tñ:ſz in vnoquoq̄z etiā ciboz:de q̄b⁹ putaſ q̄ ſunt in
fine bonitatis: ſicut panis ⁊ triticū: qō noīaſ cādaruſuz
⁊ piſces. Expoſitio aūt quā expoſui ī hoc ſermone eſt ad

meliorē descriptionū: ꝛ rectiorē eaꝝ. quod est: quia res que scit ex hoc sermone quādo legit p se: est vera certa ꝛ immutatiua ei quod pcessit ex sm̄onib⁹. ꝛ hec quidē est melior intētio ad quā intendit in exp̄one. verūtamē nō inuenit hec descptio in omnib⁹ libris: immo inuenit in q̄busdā libris in ea cōtrariū eius qō inuenit in quibusdā. Et inuenim⁹ hūc sermonē in vnoquoq; librox ecōtrario q̄ inuenim⁹ in alio eū. fit ergo propter illud falsus incō uenies ei quod precessit. 32

HEt aūt nostre ad hoc significationes sufficiūt: q̄ maxima mutatio i his q̄ nr̄e nāe accidūt corp̄ūq; figure: generat morbos.

ISte est ergo terminus significationū sufficiētiū in hoc q̄ permutatio magna ualde in accidētibus que accidūt in naturis nostris: ꝛ forma corpoꝝ nostroꝝ ꝑpe generat morbos.

